l ✣POMAT.¶ Exemplum. Vltra tradita hîc, notat ex isto tex. Barto. consi. suo inci. in nomine domini. Proponit̃ quòd Io. q̃ quoties in aliquo actu orit̃ aliqua præsumptio, quòd debet assumi cum omnib⁹ qualitatibus & modis illi actui cohęrẽtibus: & istud nõ solùm procedit in præsumptione, sed etiam in fictione. vnde in confessione ficta quæ oritur propter contumaciam, inducitur confessio cum omnibus qualitatibus. ita est textus. l. ij. §. quòd si actor. in versic. quemadmodum rei qualitas. quem notat ibi ad hoc Baldus. C. de iuramento calumniæ. Contrarium tamen tenuit Petrus de Ancharano, quòd imò ex confessione ficta non oriantur qualitates: consilio suo. cccc xij. incip. probata tantiviri scientia. ad finem. vbi con-

soluit quòd statutum disponens, quòd contumax habeatur pro confesso, debet intelligi quo ad principalem causam, non autem quo ad qualitates. Et idem videtur tenere Bar. in consilio incipiente, statuto ciuitatis Asisij. Et confirmatur per id quod tenet Angel. consilio suo. cxlvj. incipiente, super primo, dico sententiam. vbi tenet, quòd etiam verè cõfitens delictum non videtur confiteri qualitates delicti. Cõfirmatur præterea per id quod notat Bart. in l. qui debitum æstimauerunt supra si certum petatur vbi dicit, aliud esse haberi quem pro cõfesso quo ad factũ: & aliud quo ad qualitates facti. Et confirmatur vltra supra dicta, per id quod decidit Bartol. l. si cui. secũdo. §. si à filio. infrà de lega. j. vbi vide quę scripsi: & tunc de ista opinione quã per superiora puto veram, respondeat ad istum text. q loquitur in his quæ veniũt de natura contractus, quæ bene fateor oriri cum præsumptione & fictione quæ præsumitur ex actu: de quo argumento aliàs p superiora.

POMATES.

a ¶ Statuto. Vide Alexandrum consilio septimo, & in quarta columna. ñ. volu. Iason l. j. in princi. in sept. columa. in fi. ff. de offi. eius cui mandatum est iurisdicta.

POMATES.

b ¶ Propter. Vide scilicet per Felinum cap. causam quæ. in secũda & in. iiij. col. de re iudicata.

POMATES.

c ¶ Iuxta hoc. Nota. Barto. velle, quòd oriatur actio ex empto antè quam emptor tradat, aut offerat pretium. Contrarium tamen tenet Ful. sing. in. l. filiæ licet. C. de collationi. Sed pro opinione Bartol. est textus. l. iurisgentium. in principio. de pactis. si bene ponderetur. Et vide doctores in. d. l. filiæ licet. & Alexandrũ ibi. Romanũ consi. lxxvj. in tertia colum. in quarto dubio. Raphaelem consi. xix. Alexandrum consi. xviij. in. j. vo. Paulum de castro. l. fi. ad fin. C. de sacrosanctis eccle. & in. l. j. vltima col. C. de iuris & facti ignorantia. Cum petitur executio ad rem venditam, non opponitur exceptio de pretio. In contrarium tenuit Bald. l. peremptorias. C. sententiam rescindi non posse. & sequuti sunt Fulgosius & Paulus de castro. l. filiæ. C. de collationibus. vbi videas Alexandrum. & communis opinio est contra Bart. vt inquit Alexander. vide Romanum consilio. lxxvj. Videtur tamen facere pro opinione Bartoli: quia liquidum est emptionem factam: sed tamen liquidum non est pretium non esse solutum: & sic non debet fieri compensatio de non liquido ad liquidum.

d ¶ Et bene. Adde q Alex. dicit hic magis communem conclusionem esse contra Bart. vt hic per eum. cui adde Paul. de castro. consi. cxliij. vbi contra Bal. & Speculatorem apertè tenet. Pro quo facit quod voluit Petr. de ancha. consi. vj. quod exceptio inuentarij possit opponi post sententiã: quia

tuto: vt. l. j. in fi. j. de condi. ex lege. & argu. eorum quæ. §. dicta. ¶ Ad secundum op. & videtur q iuramentum nõ debeat nocere ei qui præstitit: vt. l. cui denter. j. de exec. rei iud. Sol. dicit gl. istud est propter cõnexitatẽ. In omnibus enim cõtractibus in quibus vltro citroq; oritur obligatio, si iuratur ex vna parte, ex alia iurari videtur, vt hic. facit. l. fin. j. de accept. ¶ Iuxta hoc quæro: ego dixi in. l. ij. §. e. quòd iuramentum habet executionem paratam: † vtrum qñ tu petis executionẽ ad rẽ tibi venditã, ego possim in executione excipere de pretio? videtur q sic, vt infra proximo. §. Cõtrarij determinatur in Spe. de executione sententiæ. §. fi. versi. illud autem quæritur. & bene. Nam q pretium soluatur antè, quàm res tradatur, venit iure exceptionis: vt. l. Iulianus. §. offerri. j. de actio. emp. Sed exceptio peremptoria non potest opponi post sententiam, vel post iusiurãdũ: vt. l. peremptorias. C. sentẽ. rescin. nõ pos. & §. e. l. §. j. secũdum primã lect. debebit ergo pretiũ peti iure actionis. Nõ ob. j. proxi. §. quia ibi non erat nata actio ante debiti solutionem: vt. l. fi rem. §. omnis. j. de pignora. actione.

SVMMARIVM.

1 *Iurans dedisse librum pignori pro decem, quòd non fatetur recepisse.*
2 *Iurans se conuenisse mecum de permutando librum cum meo, quòd ex isto iuramento non poterit agere.*
3 *Iurans me emisse à te rem pro certo pretio, non expressa quantitate, quòd ex iuramento agere possim.*

Marcellus. Quando iuratur super contractu, competit vtilis ex eo contractu tunc, quando competeret, si verè cõtractus intercessisset. h. d. ¶ Oppo. si aliquis dedisset verè librum pignori pro decem, posset repetere pignus, nisi creditor probaret se. x. numerasse: vt. l. j. C. de non numerata pecunia. C. si pigno. cõuen. nu. seq. non fue. l. j. Solu. intelligo q† hic iurauit se dedisse librum pignori pro. x. quæ recepit, secus si simpliciter dixisset pro. x. ita intelligit gl. nostra. c ¶ Quæro, qua actione conueniatur iste ad. x. Glo. respõdet. q actione in factũ: quia quo ad ista. x. informiter est iuratum. ¶ Iuxta hanc. l. quæro: † pone q ego iurauí q inter te & me cõuenit de permutando librũ tuũ cũ meo: an ex hoc iuramento agere potero: Rñdeo q non: quia cõtractus qui iuramento exprimitur, de se actionẽ non produceret, nisi vestiatur rei interuentu: ergo &c. vt in hoc. §. ¶ Secũdò. f quæro, † quid si iurauí me rẽ à te emisse pro certo pretio, nõ tamẽ expressi quantitatẽ: an ex hoc iuramẽ. agere potero? videt q nõ: qa pretiũ non est certũ, vt in. §. pretiũ. insti. de emp. & vend.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ad egregias personas mittit officialem pro iuramento.*
2 *Pars quòd possit esse præsens, quando egregia persona iurat, & debet moneri per iudicem.*
Mulier propter honestatem, iurat parte absente.

3

LEX XV.

A D personas. h Ista lex seipsam summat. ¶ Ad hanc. l. oppo. l. iubemus. §. fina. de epis. & cleri. Solut. hic non dicit, quòd iudex vadat ad eum: sed † quòd iudex mittat officialem. ¶ † Quæro: cum tempore quo iuratur, vel respondetur, pars debet esse præsens: vtrum teneatur pars, quòd compareat ad domum ipsius, vt videat eum iurare? text. est quòd sic. C. eodem. l. generaliter. §. his de præsenti. facit authent. apud eloquentissimum. & melius in. l. iudices. C. de fide instrumento. Intellige, nisi sit mulier. i Illa enim propter honestatem † potest iurare absente parte k: vt authentica. vt liti. iurent. §. si verò mulier. secundum Gulielmum.

LEX XVI.

S I patronus. Non cogitur quis iurare sup actione quæ nõ potest contra eum proponi. Item. patrono remittitur iuramentum calumniæ. h. d. ¶ Op. de. l. Marcell⁹. §. j. j. rerũ amo. singu. cccl xxxviij. columna. xiij. & Barto. l. j. C. de aduoca. diuer so. iudi. vi de aliquid per Felin. c. cum inter. colum. ij. de re iudi. Romañ. singu. clxx. colum. xvj. & Alexander. l. petens. col. fina. ad medium. C. de pactis. & Roma. singu. suo. cccexiij. & Alexander pro confirmatione. l. si conuenerit. columna penultima. de re iudicata. vide etiam Panormitanum. c. significauit. de offi. ordina. & Rot. in deci. nouis deci. vij. in titu. de testi. Alexand. l. hac consultissima. §. si quis autem. colum. ij. ad finem. C. de testamentis. Felin. c. si diligenti. col. ix. de foro competenti.

i ¶ Mulier. Panormitanus in. c. si qui testium. extrà de testibus. dicit, quòd licet ista opinio doctorum sit æqua: tamen de iuris rigore ipse non admitteret: quia sicut vadit notarius ad mulierem: ita debet posse pars accedere. Cuius autem expensis mittatur officialis ad domum egregiæ personæ, vel infirmæ? Specu. in titu. de iura. calum. §. restat. versicu. antepe. dicit quòd expensis communibus.

k POMATES. ¶ Absente parte. Contrarium tenet Roma. singula. xxxvj. aliàs. cccl xvj. vide Feli. c. ñ. vj. col. de testi. & in. c. si qui testũ. ñ. co. eo. tit. vbi ponit aliqua in proposito. & Alexan. consi. xliij. in. ij. col. j. volu. Feli. c. cum non deceat. in. j. col. & tribus sequentibus, de præscriptio. vbi ponit aliqua de iure reuerentiali.

Solu.

a ¶ Specul. Vide ibi Ioã. an. in addi. & Alexã. consi. xxx vij. lib. ij.

POMATES.

b ¶ Qui nõ põt. Ex hoc sequitur q parãdo iuramentũ trãs actioni. l. ij. §. e. q nec ẽt potuit trãsigere. ad qd bene facit. l. nõ solũ. C. de prædijs mino. glo. l. j. C. si aduer. trãsa. quã ibi no. Barto. Secũdò ex hoc seqtur qd cũ trãsactio & cõpromissum æquparetur. gl. i. §. illud in auẽ. vt dif. iu. bart. & doct. in auẽ. si verò cõtigerit. C. de iud. q sicut q nõ põt alienare, non põt trãsigere vt. §. nõ poterit ẽt cõpromittere, vt est bonus tex. c. cũ tpe. & ibi not. cañ. extra de arbi. Itẽ infert ex hoc, vt quẽadmodũ bona subiecta fideicommisso nõ possunt effectualiter alienari. l. ij. §. pen. & auẽ. res quę. C. cõmu. de leg. ita etiã super illis non poterit iuramentũ deferri. & ita vult Bar. l. eum qui. §. si libertus. & in. l. manifestè. circame diũ. j. eo. Item infertur quòd quẽad modum vasallus vl emphyteuta nõ põt alienare irreq sito dominoquòd ita etiam non poterunt iuramentũ deferre sup re feudali, vl emphyteutica, vt hic inquit Pau. de cast. cõtrarium tenuerit Rom. hic: de quo articulo vide per Iaso. hic.

POMATES.

c Quærit gl. aduertamẽ, quòd istæ gl. nõ sunt cõtrarię sed diuersæ, vt inquit do. Cristo. de castel. Nã prima posita ẽ in ver. debet. & loq̃ qñ pupill⁹ & adult⁹ defert iuramẽtũ, authore tutore & curatore, & tũc æquparantur. qa est ne cesse. qd † in integrũ restituantur ad hoc vt cõpetat ratificatio ipso iure. Sol. ibi in alium, cõtra quẽ hæc actio proponi põt: hic, in patrono, cõtra quẽ nõ potest proponi, quia est turpis, vt. l. honori. j. de obsequi. pa. præstan.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum conuentionale non refertur.*
2 *Iuramentum, quando sit modus in ducendæ obligationis?*
3 *Iuramento aduersarij super expensis & interesse, potest quis in instrumento se crediturum promittere.*

LEX XVII.

I Vsiurandum. Iuramentũ conuentionale, † non potest referri. h. d. ¶ Oppo. j. eodem. l. manifestè. Solu. ibi loquitur in iuramento iudiciali, hic, in conuentionali. ¶ † Quæro vtrum iuramentum sit modus inducendæ obligationis? Breuiter, dic tres casus. Aut est iuramentũ litis deciforium, & tunc ex eo oritur obligatio & actio, vt per totum istum ti. Aut est iuramentum cõfirmatorium, & tunc confirmat contractum etiam inualidum, vt ex eo oriatur actio, vt in auẽ. sacramẽta puberum. C. si aduer. vend. Quoddam est iuramẽtum introductorium obligationis, verbi gratia, iuro, quòd ego dabo tibi centum, nulla præcedente causa: tunc iuramentum non est modus inducendę obligationis, nisi in liberto, vt. l. vt iurisiurandi. in prin. de ope. libe. & l. fi. C. de lib. causa. quod plenè dixi in. l. si quis pro eo. in principio. j. de fideiuss. & Gul. tangit hic. Non dico plus, quia non sunt hic alia. ¶ Vltimò inducitur per Gul. in arg. q si quis in instrumento † promittat se stare iuramento aduersarij de interesse & expensis, quòd valeat. Alij contra de quo in Spec.ª de proba. §. videdum. ver. quid si ibi dicitur. & per Cyn. C. de episcopis & clericis. l. penul. & per Dyn. in. l. vltima. j. de prætor. stipu. ibi plenè dixi.

SVMMARIVM.

1 *Alienare qui non potest, non potest iuramentum deferre.*
2 *Pupillus qui fari potest, esse potest in iudicio cum tutore: & quando possit iuramentum deferre?*
3 *Iuramentum, quòd non habeat uim solutionis quo ad omnia.*
4 *Adultus quando possit iuramentum deferre, etiam sine curatore.*
5 *Iuramentum an habeat uim confessionis?*
6 *Actus facti per non iure electos, quòd cassentur.*
9 *Gesta per ritè institutum ab initio, licet postea casu cassata sint, an teneant? remissiuè.*

Pupillus. Pupillus sine tutore, non potest iusiurandum deferre, sed tutor sine pupillo. hoc dicit vel breuiª sic summari põt: Qui non põt b † alienare, non potest iuramentum deferre. h. d. ¶ Opp. q non omnis pupillus põtesse iudicio cũ tutore, vt. l. j. §. sufficit. de admi. tu. hius timore, glos. l. j. huius. §. dicit itellige de pupillo doli capace, sed certè nõ requiritur qd sit, doli capax. sufficit † eñ quòd fari possit, vt. d. §. sufficit. ¶ Opp. quod etiã qñ cum tutore detulit, non nocent pupillo, vt. l. ij. C. si tut. vel cu. interuene. sol. qñ sine tutore detulit, competit replicatio ipso iure, vt hic qñ cũ tutore posset restitui: & aliàs replicatio nõ cõpeteret, vt. l. cõtraria. & §. l. nã posteà. §. si minor. ¶ Opp. j. eo. l. qui iurasse. Sol. ibi loquit in pupillo iurante, hic in pupillo deferẽte. ¶ Opp. quòd iuramẽtũ habet vim solutionis: vt. j. e. l. iusiurãdũ. sed si soluitur cũ iudicis authoritate, præiudicat minori, vt. C. de admi. tut. l. fancim⁹. & l. ait ptor. §. pmittit de minor. ergo &c. Sol. nõ habet † vim solutionis, quo ad oĩa, vt in gl. & bñ. Itẽ op. & videt q ipso iure nõ obstet exceptio, vt. j. quarũ re. act. nõ da. l. j. §. Sol. illa intelligit secũdũ istã. §. q actio nõ dat ope replicationis &c. ¶ Quærit glo. c qd † in adulto curatorẽ habẽte? gl. hic variat. Nã gl. magna hic in fin. dicit idẽ p omnia, in adulto curatorẽ habẽte. gl. seq. dicit cõtrariũ ibi, licet secus sit in adulto curatorẽ habẽte, secũdũ Ioã. & pla. qd dicem⁹? qd sit aliter in minore curatorem habente probatur. Nam deferre iuramentum, † habet vim cuiusdam confessionis: vt. l. qui iurasse, in fi. j. eo. sed confessio in iudicio præiudicat minori habenti curatorem, nisi restituatur, vt. l. certum. §. minorem. de confess. ergo & iuramentum. Contrariũ puto. Nam in confessionibus quæ fiũt ad solennizandum iudiciũ, cõfessio minoris nõ valet. vnde eius cõfessio nõ posset induc ere li. contesta. vt no. in. l. ij. §. qd obseruari. & ibi per glo. & doct. de iura. calum. & scripsi. in. d. §. minorem. sed iuramentum habet vim contestationis & sententiæ: & sic habet vim eorum actuũ q solennizantur. meritò non põt istos actus exercere sine authoritate curatoris. vnde teneo qd no. in. d. glos. magna. d in fi. ¶ Vltimò inducit glos. in arg. hanc. l. d 6 in omnibus † contractibus quos innuit hic, qui non e sunt iure electi, vt omnia cassentur c, vt hic, &. C. de sacrosan. eccl. l. decernimus. & de re. eo. l. qui neq. &. C. de eo qui pro tut. l. ij. & quod ibi not. & in qb. cau. in integ. resti. non est ne. l. pen. Sed contra dictum arg. facit de offi. præto. l. barbarius. Respondeo, q ibi fuit error cõis. ¶ Quærit glos. quid si ab 7 initio tenuit institutio: sed postea aliquo casu est cassata? dicit glo. tunc tenent gesta per eum. dicam plenè in. l. barbarius. de offi. præto.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in quibus casibus possit iuramentum deferre?*
2 *Par est non habere mandatum, uel habere, & nõ apparere.* d
3 *Turpitudinem suam quando quis allegare, possit? & nu. s.*
4 *Iurare nemo cogitur quando timet probabiliter, ne iurãdo suum periurium redarguatur per quandam consequentiã.*
6 *Vendens fundum in fraudem fisci, ut pœnam euadat, quando possit postea cum repetere?*
7 *Procurator si detulit iuramentum, & postea dominus ueniens uincat, uel succumbat: qualiter committatur stipulatio rati.* e
8 *Exceptio non debet audiri, quia allegas turpitudinem tuam. quando debet opponi? remissiuè.*

Procurator. Procurator potest iuramentum deferre: si habet generale cum libera, vel speciale mandatum, vel est in rem suam: aliàs secus, etiam si caueret de rato, propter dubium de mandato. hoc dicit. cum duabus legibus sequent. Diuiditur in quatuor partes. Primo ponit vnum dictum de procuratore habente mandatum. Secundò, ponit aliud, quando de mandato dubitatur. Tertiò, ponit rationem secundi dicti. Quarto, ponit rationem primi. Secũda ibi, nec mistum. Tertia ibi, siue enim. Quarta ibi, si itaque. Et quia in quarta ponitur ratio primi dicti: ideò adiunges eam cum prima positione casus. & prima pars est facilis. secunda multùm difficilis. In terminis pone casum per te in prima parte & in quarta, quæ est ratio primi dicti. In secunda verò parte, in versiculo. nec multum, sic pone casum. quid si est dubium de mandato, & procurator vult cauere de rato: an tunc cogetur reus iurare? Respondet iurisconsultus & dicit quòd non. si enim reo fuerit cautum de rato: ista cautio non multùm sibi præficeret. hoc dicit primò. Vide textum ibi de rato: & ideò non cogitur reus iurare tali procuratore deferente, qui propter dubium de mandato cauet de rato. ¶ Sequitur. §. siue enim. in quo sic forma casum. Quæ est ratio domine Iurisconsulte, quòd cautio de rato non prodest reo, cui defertur iuramentum? si enim iuraret, & dominus postea non haberet ratum committeretur cautio de rato: & sic sibi multum prodesset. Ad hoc respondet Iurisconsultus, si dominus venit postea, & ratum non habet: aut reus cogetur se defendere ab actore opposita exceptione, si qua sibi prius competebat: & hoc casu non est dubium, quòd iuramentum sibi nihil prodest: quia ita se defendit postea sicut prius. Aut non vult se defendere, sed patitur se vinci, & postea vult agere contra procuratorem ex cautione de rato: & tũc doceret de periurio suo. Ostẽderet eñ

cus in adulto: qa si ipse defert iuramentũ sine curatore, non cõpetit replicatio ipso iure: sed debebit in integ. restitui potius, & debent vti replicatiõe in alio casu. sed tñ & glo. errat. qa isto casu habebit replicationem ipso iure, etiã adultus absque in inte. restitut. l. iij. C. de in inte. restimili. & hoc est fortasse per quod dicit Bart. glo. bene dixisse. Sed tñ videt cõtra tex. nostrũ, q loquit qñ pupill⁹ hẽbat tutorẽ, vt æquipara tio, pcedat & maximè cum. §. si minor. etiam loquat in adulto curatorẽ habẽte vt Pau. de cast. hic.

¶ Glos. magna. Alex. transit cum hac opin. tanq magis cõi. p qua facit qd voluit Bal. consi. cclx. inci. vt mulier. lib. iij.

¶ Cassentur. adde vt p Feli. in. c. Rodulphus. extra de rescrip. Abb. in. c. nihil. extra de ele.

Universidad de Sevilla Biblioteca

sententiam latam cõtra illud quod ipse iurauit. hoc dicit. ¶ Notabilia colligam vobis recitando appara tum. ¶ Nota quod dixi in summario. ¶ Ad pri-
1 mam opposi. † procurator omniũ bonorum non potest alienare, vt. l. procurator. toto &. l. mandato generali. dẽ procur. ergo non potest iuramentum deferre, vt. s, proximo. §. Sol. intellige hic, vniuersorum bonorum cum libera, vt. l. procurator cui libera. §. de procu. & sic habes tres casus, in quibus procurator potest deferre iuramentum, vt reus cogatur iurare, vel referre: aliàs secus. ¶ Circa istam partem quæro, quid in procuratore dato ad vnam causam tantùm: & in illa est sibi concessa libera administratio, an poterit iusiurandum deferre? de hoc videtur casus in capitulo qui ad agendum. in fine. extra de procurat lib. vj. &. l. qui romæ. §. callimach⁹. in fi. & infrà de verb. obli. & ibi no. ¶ Venio ad secundam partem dicitur hic, quòd si dominus postea venit, cogetur reus postea docere se liquidè iurasse opposita exceptione. ¶ Quæro de qua exceptiõe loquat? quidam dicũt, de exceptione iurisiurandi, qd' non videtur verũ: quia hæc exceptio non obstat dño, nisi in trib⁹ casib⁹, quos. s. vidistis, nisi intelligas eo modo, quo statim dicã in tertia op. Vnde alij dicũt, qd' hic loquitur de exceptione pacti, vel rei iudicatæ, vel solutionis. seu de alia simili, & ista est clara. Tertij dicũt: & fuit opi. Io. qd' hic põatur exceptio pro replicatione. Si em reus de sacramẽto excipiat replicabit dñs, quòd iuramentũ sibi nõ ob. ¶ Ista gl. videt habere hũc intellectũ, sed tamẽ aduerte vt clarè intelligas. Aut emista verba, opposita exceptiõe, determinãt verbũ docere & tunc procedit expositio prædicens. Aut determinat verbum, cogetur: & tunc habet locũ hæc expositio Io. quasi dicat propter hãc replicationẽ, quam dñs opponit cogitur reus probare se liquidò iurasse, & intelligere, cogitur causatiuè: si nõ vult se pati cõdẽnari ¶ Secũdò quæro, dicitur hic quòd si reus vult agere ex stipulatione de rato, cogeẽ docere de suo periurio. ¶ Quæro quomodo perueniatur ad hãc doctrinam de pe. iurio? glo. magna in principio. respondet, arguendo à sufficienti diuisione, & ponit quatuor casus, per quos ad hanc doctrinã de periurio peruenit: & sic apparet qd' cautio de rato modicũ
3 ꝑdest reo. vide gl. ad literã. ¶ Quia ergo gl. arguit. à sufficienti diuisione, & quatuor casus, si ego ostendam vobis aliquem ex istis casibus esse falsum: apparebit quòd argumentatio gl. non est bona, nec bene docuit peruenire ad istam doctrinam. Vnde assumo primum casum, quando dominus posteaveni t, & egit, & succubuit: & videtur quòd stipulatio de rato cõmittatur ad totũ interesse, non solũ ad expẽsas tantũ & sic multũ ꝑdest reo: vt. l. ꝑcurator ad exhibendũ. §. j. j. rem ra. hab. Sol. dicit gl. ibi loquitur de procuratore, qui nunc habuit mandatum, & sic erat falsus: hic loquitur in vero procuratore, de cuius mandato dubitatur. vide gloss. ibi sed certè &c. Intelligit ergo glo. istum ver. nec multum in procuratore habente mandatũ sufficiẽs, sed de eo dubitabatur. & sic videtur fateri, qꝑ si nullũ haberet mandatum: cautio de rato multũ operaretur. ¶ Ista lect. non videtur bona, qa principiũ huius. l. loquit
a in procuratore habente mandatum sufficiens: ita in
5 ver. nec multum, nisi diceres qd' hic mutuat casum. Prætereà non habere † mandatum, & habere & nõ apparere, sunt paria. l. duo sunt titij. de test. tut. & §. de transl. & post rem. & sic videtur, qd' etiam in casu in quo dubitatur de mandato: cautio de rato multũ operetur, nisi sustinendo gloss. dicas, qd' licèt tempore cautionis non constaret de mandato, postea tamen incœpit cõstare, & sic loquit lect. gl. & potest eẽ vera in se inquantũ hic intelligit de vero procuratore: de cuius mandato dubitabatur, sed in quantum dicit secus esse in eo, qui nunc habuit mandatũ, nõ bene dicit: imò etiam in eo põt hic in telligi. Nonob. l. procurator ad exhibendũ. §. j. quia ibi loquitur in falso procuratore, qui egit & exegit:
3 vñ si dominus postea nõ habet ratũ, interest rei i to to debito, quòd soluit, siue reus vincat, siue succumbat. hic loquitur in falso procuratore, qui quodam modo succubuit: quia deferendo iuramentum, absolutus est reus. vnde si actor postea veniens succubuit: non interest eius rei, nisi in expensis. & sic habes defensatum primum casum gloss. per quam peruenitur ad istam doctrinam. ¶ Secũdus casus est, quando dominꝰ postea veniens obtinuit, & iniustè: & tunc dicit gloss. idem: quia iniuria facta reo, non debet nocere procuratori: & sic nõ tenebit procurator, nisi in expensis: vt. l. si sine. §. cũ autem. j. rem ra. ha. ¶ Ad hunc casum gloss. non opponit: sed ego opp. & videtur quòd non sit considerandum, vtrũ iustè vel iniustè, sed indistinctè ille qui cauit de rato teneatur, vt. l. iij. §. fi. j. rem ra. ha. Sol. secũdũ lect. gl. hic loquitur in procuratore vero, de cuius mandato dubitabatur: ibi de procuratore falso, vel si vis tenere aliã opin. quæ videtur verior, quòd hic loquatur in procuratore funditus falso. Quantum ad potestatem deferendi iuramentum, dicas: sententia prima facie præsumitur iusta, & pro ea præsumitur vt. l. hærennius. §. caia. infrà de euict. & ibi not. & ideo prima facie videbitur iste reꝰ periurus: meritò non prodest sibi multum hæc cautio de rato: quia antè quàm declaret sententiã esse iniustã, ipse erit diffamatus quòd falsum iurauit: & sic prima facie periurium suum allegaret. Est enim durum iniustitiam sententiæ docere: & propter hoc est statutum biennium in causa appellationis. Ne ergo habeat necesse suam infamiam purgare, dicitur ei cautionem de rato non multum prodesse: quia maior est pœna infamiæ, saltem de facto: & maior est labor purgationis ipsius, quàm quicquid posset consequi ex illa stipulatione, & sic potest defendi secũdus casus gloss. ¶ Tertius est quando fuit condemnatus & iustè. quo casu egendo ex stipulatione de rato, doceret de suo periurio. ¶ Ad istud oppo. glo. aut tu dicis, quòd ex hac stipulatione non potest agere: & tunc dicis contra istum tex. qui expressè vult, qꝑ agere possit. licet de suo periurio doceat. Aut dicis qꝑ potest agere, & tũc dicis contra iura quæ dicunt, quòd quis nõ potest suam turpitudinem allegare: vt. l. transactione. C. de transact. ¶ Ad istud contrarium respondet Azo. Primò: fateor qꝑ nõ potest agere: quia allegaret turpitudinem suam. & hoc est verũ quoad sortẽ, in qua iustè condemnatus est, & super qua iurauit: sed quo ad expensas & quo ad vsuras, quæ concurrunt post res iudicatam, bene potest agere. vt hic in text. & propter hoc dicitur hic text. quòd ei non multum prodest ista cautio. q. d non est multum istud ad quod potest agere: quia solùm ad expẽsas & ad vsuras. Posteà idem Azo mutauit solutionem & dixit quòd potest agi ad totam sortem. & ad expensas, & ad vsuras: vt hic in tex. licet de suo periurio doceat directo & pro tanto dicitur ei non multum prodesse: quia maior est pœna illius diffamationis, quòd reputetur periurus, quàm sit totum illud quod consequitur ex stipulatione. ¶ Ad contrariũ, qꝑ quis non potest allegare suam turpitudinem, respõdet quòd fallit hic: non enim potest procurator contra quem agitur, ei suam turpitudinem obijcere: quia ipse detulit iusiurandum, vt. l. qui iurasse. §. fi pater. j. e. ita dicit Azo. Pet. de bellaperti. respondet aliter ad istud contrarium. & est
3 multum not. † Non põt quis allegare suam turpitũdinem: verum est, ab alio non detectam: sed si ab alio fuit detecta. prout hic fuit: quia fuit condemnatus, & fuit pronuntiatum se illud debere, quod iurauerat se nõ debere: tunc bene potest hanc turpitudinem suam allegare. Casus est hic. qd' satis placet. Probo per. l. antepe. j. de suspect. tu. vbi ille qui est remotus vt suspectus, potest hoc allegare ad defendendum se ab actione tutelæ. Idem in quolibet infami per sententiam, quod potest allegare infamiã, vt excusetur ab oneribus: vt. l. relegatorum. in fin. de interdi. & releg. facit quod not. ff. de offic. assessо. l. j. in gl. super verbo, postulationibus. ¶ Et
4 sic ex hoc versi. nec multum. habes notare duo. Primò † qꝑ quãdo qs probabiliter potest timere, ne suum periurium redarguatur per quandam consequentiam, non cogitur iurare: & ideò si vnus ex hæredibus deferat iuramentum, fortè non coger etur reus iurare ne fortè altero agente suum periurium detegatur. Iusta enim causa recusandi est, quando aliquid petitur, quod contra debitam honestatem personæ venire t: vt. l. quintus. j. manda. Et ideò in. l. si duo patroni. in princip. §. eo. dico, quòd ille libertus altero deferente non cogebatur iurare, sed sponte iurauit. Secundum quod habes notare, quòd quis potest allegare suam turpitudinem ab alio
a detectam, vt hic cum si. suprà allega. ¶ Et pro huius² declaratione, quia
5 hanc materiam non declarauit tibi in aliquo loco adhuc: ideò dicas † aut quis allegat suam turpitudinem contra se & ad sui præiudicium: & tunc auditur: vt. l. inde neratius. §. finali. cum. l. sequenti. §. ad legem aquiliam. de custo. reo. l. si confessus. cum si. & extra de concess. præben. c. ex tenore. ¶ Aut quis allegat turpitudinem suam contra alium: & tunc, aut agendo principaliter, & fundando intentionem suam ex turpitudine sua: & non potest, vt infrà de condictione ob turpem causam. per totum. de furt. l. itaq; fullo. &. C. de transactio. l. transactione. & de seruo pign. da. ma. l. si creditoribus. ¶ Aut non agit ex sua turpitudine, sed eam allegat excipiendo, vel replicando, vel alio modo adiuuando intentionem seu exceptionem suam: & tunc, aut hoc allegat contra eum qui fuit particeps turpitudinis: & auditur, vt. l. de tutela. C. de in integrum restitutione minorum.
b & ibi not. Hoc intelligo⁵ quando ille, contra quem allegatur, qui fuit particeps turpitudinis, certat de lucro, & allegans, certat de damno. aliàs secus, vt lege viro atque vxore. ff. soluto matrimonio. &. lapud celsum. §.
c marcellus. de doli exceptione. Aut suam⁶ turpitudinem allegat contra alium: & tunc, aut eius turpitudo erat aliàs ab alio detecta: & auditur eam allegando, vt hic. Non enim agit hic ex sua turpitudine: sed agit

POMATES.

a ¶ Et ꝑ huius. De hac materia vide Cæpo. cõsi. lvij. in ci. francus. i. j. col. Bal. c. tertio loco. & ibi Feli. col iiij. de ꝑb. Barba. consi. lxiiij. in fi. j. vol. Fel. c. lator. j. col. de re iud, Barba. cõs. liij. ij. vol. Alexan. consi. lix. col. fi. j. vo. Pau. i. c. cũ M. col. j. de de con sti. Fel. in. c. gratũ. col. iij. de offic. de le. Ale. cõs. cxxxij. vo. ij. & cõ. lxxx iiij. col. ij. volu. iij. Bar. cõsi. xxxvij. col. penul. vol. ij.

POMATES.

b ¶ Hoc intelligo. Vide Alex. cõsil. xxxix. in fi. i. iiij. volu.

POMATES.

c ¶ Aut suam. vide qd' not. Fel. in ꝑ posito. c. scisciat⁹ col. iiij. versi. non se excusat. de rescrip. in. c. lator. de re iudi.

sed agit ex stipulatione de rato ad interesse, adquod ꝑbãdũ adducit sniam per quã docet de suo periurio. Ad idẽ de suspec. tu. l. antepe. & de interdic. & rele. l. relegatorũ. in fin. ¶ Aut nõ est ab alio detecta: & non auditur suam turpitudinem allegans. vt. d. l. transactione. C. de transac. cõsil. & ibi no. Fallit in casu extra, de præsump. c. tertio loco. & ibi no. fallit in aut. no uo iure. C. de pœ. iud. qui malè iudi. fallit in. l. qfquis. i fi. C. ad. l. iu. ma. & in quolibet apparet ratio specialitatis. ¶ Et ideò ꝑ dicta dicebãt semel, rndẽ
6 do ad qõnem. † Quidã³ vendidit possessionẽ in fraudẽ fisci, vt euaderet
a pœnam. posset a volebat eam repetere. dicebatur qꝑ nõ poterat, qa allegabat suam turpitudinem, vt. d. l. si creditoribus. C. de seruo pig. da. ma. & l.
b filios. C. de reuo. his quæ in frau. credit. Ego dicebã b si quidem ab initio fuit venditio vera, tñ in fraudẽ fisci facta, quia volebã habere pecuniã, quę melius posset celari &c. & non possum petere rescindi: allegando fraudẽ & turpitudinẽ meam: cũ alius mecũ fraudẽ participasset: qa fundo intentionẽ meã ex mea turpitudine. ita loquuntur iura alleg. per hac pro. Si verò ago rei vendicatione: dicens rẽ esse meã tu opponis qd' fuit tibi vendita: ego replico qd' illa venditio fuit simulata, & imaginaria, & facta in fraudẽ fisci, & tunc audior, licèt allegẽ turpitudinẽ meã, nã eam allego ad coadiuuandã actionẽ. Itẽ eã allego cõtra te, qa eã ꝑticipasti. Itẽ ego certo de dãno euitãdo, & tu de lucro captãdo, vt. d. l. de tutela. de in integ. resti. mi. &. l. viro atq; vxore. sol. ma. & qd' no. in. d. l. apud celsum. §. Marcellus. de
7 doli exce. ¶ † Quartus casus est, quãdo pendet iudiciũ, tunc dicit gl. magna circa princi. quòd interim nõ cõmittitur stipulatio. ¶ Cõtra hoc op. j. rẽ ra. ha. l. quo eñ. §. ij. & fin. &. l. procurator. la. ij. §. fin. &. sic statim com missa est stipulatio ad interesse totale, nec est necesse, qd' expectetur snia per quam doceatur de periurio, & sic cautio ista multum prodest reo. Rñ det gl. contrarium est verum, in procuratore falso: sed in procuratore vero non cõmittitur, nisi expectata snia hic, tenendo lect. gl. Sed tenendo aliã, qꝑ hic loquatur in procuratore falso, Rñ. secundùm Hug. licet gl. de eo nõ faciat mentionem: tñ referebat Iaco. Butr. qꝑ hic reus noluit ab initio statim agere. s. primò ad sortẽ, postea ad expensas, vel vsuras, sed volebat expectare sniam: & sic agere vno iudicio, quo casu non multum prodest reo stipulatio, vt in tribus præcedentibus casus apparet. ¶ Sed contra hoc for titer oppo. qa si fateris stipulationẽ ab initio esse cõmissam ad totam sor tẽ. ergo fiex post facto sequit absolutoria vt in primo casu posito in gl. ad huc remanet actio ad totum interesse: qa non extinguit actio, licèt desinat interesse. l. qui autẽ. §. j. §. si qs cau. ergo saltem in illo casu primo, multum prodest reo cautio de rato, & fic est falsa doctrina glo. certè gl. tenet hoc in. l. si siue. §. cũ autem rẽ. ra. ha. & tenendo illã opi. non possumus sustinere istam lect. sed eã. ibi reprobaui, & dico quòd secuta absolutoria, extinguitur actio ab initio cõmissa, ad totum interesse, quia definit mõ interesse, & cessat dãnũ de præterito: vt. l. si eum. §. q iniuriarũ. s. si qs cau. & sic ista gl. remanet substentata in omnib⁹ suis casibus siue in falso, siue inve ro, ꝑ curatore loquatur. qñ ergo procurator egit, & detulit iuramentum: si dns posteà, veniens vicat, siue succumbat, prout hic in vero procuratore, siue in falso qualiter cõmittat cautio de rato, habes hic. Qñ verò procurator ve nit, & litigauit vsq; ad snam: posteà venit dns, & similiter litigauit vsq; ad sentẽtiam: an cõmittatur stipulatio rato? dixi vobis per decẽ cõbinationes quas per ordinẽ posui in. d. l. si fine. ¶ Et ad. §. Marcellus. &. §. cũ aũt &c. Vltimò op. & videt qd' ista stipulatio cõmittatur lite contestata. vt. l. amplius nõ peti. j. rẽ ra. ha. Sol. hic loquitur in stipatione de rato: ibi, in stipulatione amplius nõ peti. qñ aũt istæ stipulationes & similes cõmittãt: dic vt per doct. in. l. si qs maior. C. de transac. Ego pleni⁹ in. d. l. amplì⁹ nõ
8 peti. rẽ ra. habe. ¶ † Vltimò qripositet, illa exceptio: tu nõ debes audiri, qa tu allegas turpitudinem tuã, qñ debeat proponi ante litis contest. vel post. de quo per Inno. extrà de concessio. præbend. c. cum super.

LEX XX.

SEruus Seruꝰ & filiusfamilias in cã peculiari, põt patri & dño ꝑdesse, & obesse, i cã nõ peculiari, põt ꝑdesse: sed obesse neqt. h. d. vsq; ad. l. q iurasse. ¶ Op. de. l. seruꝰ. j. eo. ad istã. l. seruꝰ. fol. hic loqtur in cã peculiari: ibi in nõ peculia ri cã, in qua nõ põt dño obesse, nisi i casib⁹, q no. C. de pact. l. seruꝰ. &. l. filiꝰ.

SVMMARIVM.

1 *Conditio iurantis, quòd non inspiciatur in pupillo.*
2 *Pupillus quòd ex iuramento non obligetur, nisi sit doli capax.*
3 *Pupillus qui fari põt, iurare potest.*
4 *Pupillus quando dicatur proximus pubertati: remissiuè.*

LEX XXVI.

1 QVi iurasse. Nõ † inspicit cõditio pſonæ iurãtis nisi in pupil. h. d. ¶ Op. ad. l. istã, & vr qd' i dubio nullꝰ videat deierare, vt. l. merito. j. ꝑ socio. &. l. vlt. C. ad. l. iul. repe. Sol. dico, qꝑ i adulto ꝑsumeret ipsum deierasse, si apparet cõtrariũ eius qd' iurauit, vt. l. aliàs. §. eo. sed i pupil. nõ ꝑsumit: qd' deierauerit: eꝫ si apparet cõtrariũ, ẽt ex facto, ꝑrio. ꝑsumit em qd' fuerit obligatus, & qd' tpe iuramẽti nõ recordet. & hoc vult dicere litera hic, dũ dicit, cuis. ¶ Quæro, † vos videtis qꝑ iuramẽtũ pupilli fertur ad suã vtilitatẽ, quid si aliquis cõtra se iurauerit super aliquo contractu, an sibi præiudicet? glo. tenet quòd non. in aut. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. si per verbo puberũ. & idẽ in corpore, vnde sumit. & hoc ar. huius. l. qa pupillus deierare nõ vr. & sic iureiurãdo non obligatur. fallit in casu. l. vltimæ. ꝑ. de libe. causa. vt dicit gl. Canonistæ tamen dicunt quòd pupillus doli capax potest deierare: vnde ex
a iuramento suo obligat vt extra de delict. pue. c. j.
c d ¶ Quæro, de quo pupillo loquitur hic? dicit Gul.
3 intelligit † de pupillo qui fari possit: sit doli capax,
b vel non. Nam iuramentum requiritur, vt in aut. de man. princi. §. fed nec. ergo si non posset fari, non
4 posset iurare. ¶ Quærit hic Gul. quando dicatur † pupillus proximus pubertati? de quo per glos. in l. j. ꝑ. de noua. & ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum patris super obligatione, quando prosit filio?*
2 *Interrogationi per quam periurium detegitur quis respondere non cogitur.*
3 *Interrogari nemo debet super eo quod iam decisum est, nec iudex hoc pati debet.*
4 *Præsumptio. l. merito. quòd non habeat locum ad condemnationem.*
5 *Propositioni criminosæ, quòd non sit respondendum, & quando: remissiuè.*
6 *Iuramentum, quòd tollat naturalem obligationem.*
7 *Iuramentum, quòd habeat uim nouationis.*
8 *Iuramentum, quòd habeat uim fictæ solutionis.*

1 SI pater. Iuramentum patris † super obligationis, prodest filio: secus si iurauerit nihil esse in peculio. h. d. ¶ Oppon. ad princip. de. l. & hæredi. §. nos autem. &. l. si tibi. §. penulti. ff. de pact. Solu. hęc intelligitur secũdũ illas. & ideò distingue: aut iurauit pro filio, vt pro hærede: aut ꝑ filio vt filio. aut pro filio vt extraneo: vt in gloss. & plenè dicemus in. d. l. si tibi. vbi glo. plenius tangit. ¶ Secundò oppo. qꝑ hic habeatur ratio peculij ante quæsiti tpe iuramenti. nam si pater modò reperitur habere in peculio, interrogabitur: an est posteà ꝙsitum. & si rñderit qꝑ sic: habeo propositũ. Aut dicit qꝑ nõ: & esset periurus. si nihil dicit, præsumit ꝑ nõ sit periurius, & sic peculiũ posteà quæsitũ. e
2 Gl. respõdet multũ no. dico, qꝑ istis † interrogationibus non cogitur quis respondere: quia per hoc
3 detegeretur periurium suum. Item † examinaretur quod iam decisum est, qd' iudex pati non debet: vt l. si duo. §. idem Iul. s. eo. Idem tenet gl. j. de eodem. l. f
eum qui. §. in popularibus. in verbo per collusionem. & ibi de hoc tangam. Ad illud quod dicit, ergo præsumitur non deierasse: & sic posteà quęritũ.
4 Rndeo huic, præsumptioni non esse stãdum: dicit glo. quòd non. Licet enim in dubio, quantum ad absolutionem, stemus huic præsumptioni, qꝑ quis
e delinquere non videatur: vt. l. merito⁶. j. pro socio
f cum simi. tamen quo ad condemnationem⁶ ista præsumptio non sufficit: vt hic vides in glo. & est tex. s. eodẽ. l. si duo patroni. in princi. in ver. multum. tamen tene bene menti determinationem huius
g glo. ¶ Item. nota⁸ ex hac glosa. qꝑ † positioni per
5 quã quis detegeret delictum suum, quis non cogi-
h tur⁵ respondere. & hoc est quod dicitur in practica. ista positio est criminosa: & ideò ei non respondendum. de quo per Cano. extra de elect. c. dudũ. Spe. g
ponit etiam in tractatu suo de positionibus. de hoc etiam dixi in. l. Marcellus. j. rerũ amo. & l. si. de his qui. vt indig.

IVRISIVRANDI. Nota quòd iusiurandum perficitur ex conuẽtione,
6 & sic apparet quòd tollit † naturalem obligatiõem. quia habet consensum: vt dixi. s. eodem. l. secunda. videor enim confiteri, & velle sic verum esse, si iuraueris. facit infrà de pecu. l. depositi. §. j. ¶ † Secun
7 dò nota, quòd iuramentum habet vim nouationis.
8 In quo autem differant, dic vt in glossa. ¶ † Item nota quòd iuramentum habet vim solutionis. Intellige, scilicet fictè, non verè: vt not. infrà. eo. l. proxima. §. j.

SVMMARIVM.

h 1 *Reorum unus credẽdi, quòd alteri præiudicet litè cõtestãdo.*

POMATES.

a ¶ Quidam. Vide Alex. consil. cxj. col. pe. iij. vol.
¶ Ego dicebam. Adde vltra ea quę hic habes, & Alexan. Spe. qui hoc latè prosequitur ĩ titul. de dona. §. j. ver. Item pone. & ibi Io. an. in addit.

c ¶ Capit. j. Adde vltra dicta per Alexan. Panor. consi. xxxix. lib. ij.

POMATES.

d ¶ De quo pupillo. Not. qꝑ in iuramento requirant verba. facit iudicio meo gl. l. & ꝑ iusiurandũ. in gl. j. j. de accep. tenet Ro. & ibidem Pau. l. j. de ver. obli. Corse. in rub. de iureiu. vj. q. vbi plenè.

✠ ¶ Respõdeo huic. Allegat Bart. contrarius cõsi. cxvij. inci. accusati. sed ꝑ solone vide eius dẽ concordantias, cõcor. cccv. incip. incumbit ei qui dicit pluralitatem probare &c.

POMATES.

e ¶ L. merito. Vide Iaſ. in. l. pen. C. de pact. colũ. pen. Pau. de cast. l. si à te. in fi. de excepti. rei iudi.

f ¶ Ad condemnationẽ. Adde & vide Fulg. & Moder. in. l. non hoc. C. vnde cogna. & ꝑ notabili alleg. Soci. in consi. cxlj. col. ix. qd' non habetur impressum.

POMATES.

g ¶ Itẽ not. Limita octo modis, vt per Georgi. natã in repe. cle. sæpe. §. & quia. xvij. co. de verb. sign. Speti. depo. §. vij. versic. sed quid si probo. Ro. consi. cccxlix. inci. quærit nunquid. vbi dicit qꝑ hoc non procederet quando talis positio, fieret super aliqua exceptione iuratoria.

h ¶ Cogitur. Adde Bart. in. l. ij. §. qd'

obseruari. C. de iu
ramen. calum. & i
l. Marcellus. j. reru
amo. & in l. nō in
telligitur. §. tacite.
de iur. fis. Bal. in l.
j. C. de pe. iudi. vt
hic per Alexan.
cui adde Bar. con
silio. cxciij.

Iuramentum delatum ab uno ex reis credendi, quando noceat alteri?

Iuramentum unius ex reis debendi, quando alteri præiudicet?

LEX XXVIII.

DVobus. Opp. de. l. si duo. §. si qs cauti. Solu. intellige, qd' isti duo rei erāt socij, dicit gl. non puto eam verum dicere. nam per † litis conte stat. vnus ex reis credēdi præiudicat alteri, siue sint socij, siue nō: vt. l. fideicōmissa. §. plerunq;. j. de lega tis tertio. sed iuramentum habet vim cōtesta. vt hic ea. glossa dicitur, ergo &c. Non obstat. l. si duo. qa ibi loquitur in alio actu, qui non habet vim contestat. ¶ Opponitur de. l. si vnus. in princi. s. de pact. Solu. ibi loquitur in pacto, hic loquitur in iureiurando, quod habet vim solutionis, vt. §. l. proxi. & vim contestationis. vt. l. nam postea. §. si is qui. §. eodem. ideò alteri nocet: quia est maioris efficacię. † & ideò indistincte iuramentum delatum ab vno ex reis credendi, alteri nocet. Idem puto etiam, si ei fuerit delatum: & ipse iurauerit sibi deberi, quia alter correus credendi excluditur, sicut per lit. contesta. vt. l. ex duobus. j. de duobus reis. ¶ † Quid in pluribus reis debendi? dic vt in. §. si ex duobus. j. eadem. l.

✣ POMATES.

a ¶ Quæro vtrum. vide Bar. cōsi. clv. aliās. clxv. ale. cōsi. xxv. col. ij. vo. ij. et cōsil. xc. colum. ij. vbi latè reprobat Bar. vo. iij. Bar. cōsilio. clx. incipiē. titi⁹ promisit sempronio.

✳ ¶ Quo creditor. Contrarius allegatur Bar. secūdùm Ale. ibi cōsi. clx. incip. titius, promisit sempronio, sed solue, qa hic Bar. non firmat pedē, qa vtit isto verbo, forte. Adde Ange. & Moder. in l. à duo pio. §. sed si em ptor. ff. de re iudi. & in l. ij. §. creditū ff. si cer. pe. cōcordā, vt in concord. ccxxij. incip. credi tor principalis.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Iuramentum delatum quando prosit principali?*
2 *Fideiussor, qui iurauit, quando possit repetere à reo principali.*
3 *Fideiussor ut habeat actionem mandati contrà reum, debet docere se uere soluisse.*
4 *Iuramentum, quòd præsumatur præstitum super re.*
5 *Sententia non tollit obligationem naturalem.*
6 *Iuramentum tollit obligationem naturalem.*
7 *Absolutoria lata pro fideiussore super re, quando prodest principali?*
8 *Testis uocatur, ut declaret eius dictum obscurum.*

b ¶ Tenementi. ad de vt p Bar. consi. mihi. clx. Pau. de cast. cōsil. cccxcv. Alexā. consi. xxv. lib. j.

✳ ¶ In sīa. Bar. videē tenere cōtrariū. quòd aliud sit in sīa, cū i iuramēto. in. l. fi. & in. l. adulter. §. si eo tpe. ff. de adul. & i. l. ad uersus. ff. de arbi. sed cōtrariūvoluit in. l. ex duobus. ff. de duo. reis. soluiplures dant, tā per Bal. cū p alios in. d. §. à fideiussore. & Bar. in pluribus locis soluit in. l. amisi. §. fi. ff. de fideiu. tamen vide cōcordantias eiusdē vbi latiꝰ cōcor. xxxv. inci. Item, casum notabilem.

1 *Iuramentum fideiussoris, quando prosit principali?*
2 *Fideiussor, qui iurauit, quando possit repetere à reo principali.*
3 *Fideiussor ut habeat actionem mandati contrà reum, debet docere se uere soluisse.*
4 *Iuramentum, quòd præsumatur præstitum super re.*
5 *Sententia non tollit obligationem naturalem.*
6 *Iuramentum tollit obligationem naturalem.*
7 *Absolutoria lata pro fideiussore super re, quando prodest principali?*
8 *Testis uocatur, ut declaret eius dictum obscurum.*

A fideiussore. Iuramentum fideiussoris† prodest reo principali, si iuratum est super re: secus si super persona hoc dicit. ¶ Oppo. de. l. fideiussoris. §. de pact. Solutio. aliud in pacto, quàm in iuramento: quia iuramentum habet vim solutionis, vt hic. ¶ Quæro vtrum a † fideiussor, qui iurauit, possit repetere à reo principali? videē quod sic, quia videtur soluisse, vt hic. Contrarium tenet glossa. quia ista est ficta solutio: & ad hoc vt possit repeti, requiritur solutio vera. Et per hoc fortè possumus dicere, quòd non sufficeret fideiussori, † qui habet instrumentum, in quo creditor confessus est se recepisse, sed oportet quòd doceat esse verè solutum, ad hoc, vt habeat actionem mandati. tene menti. b ¶ Quæro, hic distinguitur aut est iuratum super re, aut super persona. quid in dubio? † Respondeo præsumitur iuratum super re, qa loco solutionis cedit. ita dicit gl. hic facit. infrà. eodem. l. vltima. & nota. j. qua. re. ac. non datur. l. prima. §. si fideiussor. quod not. & hoc videē verum in iureiurando: secus puto in sententia: nam in dubio videtur sententiatum, quia non probatum non quia contractum: vt. l. Iulianus verum debitorem. infrà de condictione indebiti. & infrà de exceptione rei iudi. l. si inter. & de liber. ca. l. diui fratres. & ideò sententia† non tollit naturalem obligationem. iuramentum verò sic. quia † proficiscit ex conuentione, & habet vim solutionis. quæ tene menti. ¶ Quæro, vtrum absolutoria lata super re, † quasi non fuerit contractum pro fideiussore, prosit reo? Dynus. quòd sic. Distinguamus eodem modo in sententia, quod hic in iuramento, vt nota. per Dy. in capitulo ratihabitonem. circa fin. regulæ de regulis iuris. lib. vj. Richar. Malum. disputauit contrarium, quòd aliud sit in sententia, vt. l. aduersus. in fin. §. de arbi. & l. denuntiasse. §. finali. l. adulter. §. si eo tempore. j. de adul. & ibi plenè dixi. Nō ob. hæc. l. quia aliud in iuramento, quod habet vim solutionis: vt. dixi. §.

Si ei qui. Iuramentum fideiussoris de iudicio sisti, prodest principali, si agēdo contra principalem veniretur contra iuramentum fideiussoris: aliās secus. hoc dicit. & hoc quod hic dicitur. replicatione em ndandū. potest intelligi, quod est emendandū. id est declarandū per ipm iurisconsultum distinguentem. potest etiam c intelligi, quod est emendandū per iudicem, coram quo lis agitatur: quia fideiussor iurat obscurè, posteà auocabitur, vt dicat causam sui iramenti, ex qua causa apparebit, vtrum reo proficiat vel non. Simile dicimus d & † in teste: vt in authen. de test. §. penul. & ibi not. in gloss. magna ad quod iste textus est notandus. facit quod dicam infrà eadem. l. §. igitur si quis.

Si ex duobus. Iuramentum vnius ex reis debendi prodest alteri. hoc dicit. ¶ Opp. de. l. si vnus. in principio. s. de pact. & l. si duo. s. de arbi. Solut. dicit gloss. intellige, quòd hic erant socij: quod potest esse verum, quando iuramentum est super persona, seu super causa quæ eximit personam tantùm. Nam si super re vel simpliciter, indistinctè prodesset: vt. s. eodē l. §. à fideiussore. ¶ Quæro, quid si vnus ex reis debendi detulit iusiurandum? respondeo, alteri non nocet: nec contra alterum ex hoc iureiurando posset agi, vel executio fieri, sicut nec ex sententia: vt C. de fideiuss. l. fi. in fine. Noceret tamen alteri quo ad interrumpendam præscriptionem: vt. l. fi. C. de duo. re. De his quæstionibus plenissimè dixi in materia de duo. re. & specialiter in. l. ex duobus. j. de duobus reis.

Exceptio. Ex iuramento oritur exceptio, contra omnem actionē. quæ oritur ex eadē causa super qua iuratū est. h. d.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Rapina est furtum, sed non econtra.*
2 *Positionem speciei, sequitur positio generis. Et remota specie, non censetur remotum genus. nu. 3.*

Si quis iurauerit. Ad remotionem speciei, nō sequitur remotio generis. hoc dicit. Opponitur † quòd rapina est furtum: vt institu. vi verborum raptorum. in princip. sed hic dicitur, quòd est aliud. ergo &c. soluit, est aliud, id est, esse potest. & verum dicit. tamen clarius dic, † quòd ad positionem rapinæ, quæ est species furti, sequitur positio generis. Bene enim dico, rapina e est, ergo factum est, sicut homo est: ergo animal est. Ita loquitur lex contraria: sed † ad remotionem speciei, non sequitur remotio generis. ita loquitur hic.

Colonus. Idem dicit quod. §. exceptio in summa: tamen ponit aliud exemplum.

Quæ iurauit. Exceptio iurisiurandi obstat, si agat alia actione. in qua venit examinandum, quod in prima fuit decisum: aliās secus. h. d.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Iuramentum unius quando prosit alteri, uel noceat?*
2 *Iurantis declarationi, quando ob iuramenti obscuritatem standum sit?*
3 *Sententia lata contra principalem, quòd mādetur executioni contra fideiussorem iudicatum solui.*

Igitur si quis. Istum. §. summaui cum præcedenti. ¶ Opp. in dubio videtur iuratum super re ipsa: vt no. s. eod. l. §. j. ergo quando iuratum est dari non oportere, in dubio videtur non posse conueniri ex stipulatione: quasi super re ipsa sit iuratum. sed in tex. hic dicit contrarium. quare malè. Rñ. illud quod dicitur, in dubio videtur iuratū super re intelligitur. i. super contractu. quasi dicat non esse celebratum contractum de quo agitur. ita dicit glo. in. d. §. à fideiussore non

✣ POMATES.

c ¶ Potest etiam. Facit qd' no. Ro. consi. lxv. inc. visothemate. & consi. cccclxxxvij. inci. in casu præmisso.

✣ POMATES.

d ¶ Si re dicimus. si vult Bart. q testis posit declarare dictum suum ambiguū: intellige, qñ iudex hoc faceret ex officio suo, & nō ad instantiam partis: qa tūc subornatio præsumeretur. secūdū glo. §. pe. & ibi Ang. in auē. de test. Secūdò intellige, qñ talis declaratio, in totum non annullat actū precedētē ita Badl. in authent. at q semel. C. de pba. Tertio. intellige, nisi aliquid posset imputari pti: puta quod fecisset capitul a obscura: quia tūc testis nō posset declarare: vt est tex. l. veluti. ff. de eden.

e ¶ Rapina. Adde qd' consuluit Ro. consi. mihi. cl.

a ¶ Pro. an autem liber rationum sit propriè scriptura priuata? Vide are ti. consili. lj. nota tres casus, in qbus scriptura priuata facit plenam fidē. Aduerte tamen, quòd inquantum 24 Bartol. hic requirit in tertio casu, etiā literarū com parationē: qa hoc est falsum. sufficit em isto casu, qd testes deponāt ad plenam probatio nem faciēdam se fuisse præsentes, & vidisse talem scribētem de mā dato debitoris. & ita se cognoscere eius scripturā absq eo quòd interueniat literarum comparatio: vt late hic Alexāder. cuius dictis adde Francis. Areti. cō sil. lxxxiij. inci. diligenter. Alexand. lxxx. ij. co. iij. volumi. & cō- a sil. viij. eod. volumine. Fel. c. cum olim. x. col. de re iudi. Roma. consil. lxxxvj. colū. iij. Imol. consilio lxxxvj. j. colum. Card. cōsilio. xv. & Anan. consi. iij. De libro rationum vide Alexan. consi. clxxxiij. incip. visis subtilissimis. vol. ij. & l. j. in fi. de edē. De priuata scriptura, vide Roma. consil. cccclxxiij. incipi. in casu proposito. Alexan. consi. ix. col. ij. vo lu. iij. Et ad hoc, vt apocha faciat fidē in fauorē alicuius, non requir eī præ sentia. Alex. consi. cxcj. incipi. visis scripturis. volu. j.

b ¶ Apocham. Adde vltra plenè dicta, per Alexan. de fide apochæ, Bald. consil. cxxxiij. &. clxvij. &. ccccxj. ij. libro. Roma. pulchrè consil. cciij. &. cccij. Pau. de cast. cōsi. cccxxxij. vbi multa notabilia dicit. vnum dixit Bald. consilio. xiij. commissus fuit articulus & c. j. li. quòd si scriptura priuata facit semiplenā probationem, oportet quòd sit scripta à persona notabili, & fide digna.

c ☞POMATES. ¶ Plenam fidem. Idem tenet dominus ant. de But. c. secundo. de fide instru. Are. consi. lxij. in. iiij. col. Alexand. cōsi. clxxx. col. ij. vol. ij. & ibi ponit, quid si duo ex tribus testibus tantùm, recognoscerent subscriptionem suam.

d ☞POMATES. ¶ Appodissa. Vide Ro. consi. ccxl. & sequenti. & ☞ Bart. tenuerit contrarium. d. l. scripturas. & quòd imò etiam isto casu appodissa faciat semiplenam probationem: tamen eius opi. hīc verior. & hic per Alexandr. Quam tamen limita, nisi esset appodissa antiqua: quia tunc faceret plenam probationem, ita Io. and. in addi. ad Spec. ti. de instru

tioni. Ex eo quod subinfertur, ita quòd sola confessio deesse videatur, ponitur tertius gradus probationis, qui facit plenam fidem. Nam habita confessione, seu plena probatione, iudex adducitur ad plenam credulitatem. & iste tertius gradus probationis, hoc est credulitatis, habet hoc commune cum scientia: quia sicut firmiter vni parti quis adhæret per scientiam: ita firmiter vni parti, per hanc credulitatem. Tamen est differentia in modo perueniendi ad istam adhæsionem. Nam sciens perducitur ad hanc scientiam, seu adhæsionem per sensum, credens per alia, argu. vt dictum est. hæc quidem sunt vera, & quasi p se nota, & iure probata: vt. s. vidistis &c. ¶ Videnda sunt ergo exempla prædictorum: & quæ sunt ista quæ faciunt istam opi. vel istam suspicionem quam gl. nostræ appellant semiplenam probationem. Glo. ponit hic quatuor, scilicet, priuata scriptura, comparatio literarum: fuga rei, vnus testis. Alij addūt, scilicet famam: vt. l. iij. §. eiusdem quoq; Principis. j. de testi. exam: inemus ista. ¶ Primo quæro vtrum priuata† scriptura faciat semiplenam probationem: glos. hic q fic, & idem. C. eodem l. in bonæ fidei. &. j. de fide instru. l. ij. Idem etiam in summa per Azo. & idem de verbo ad verbum. Host. ī summa de iureiu. vbi tractat de hoc iuramēto. & vide in Specu. in titu. de instrumen. edi. §. nūc dicendū. post mediū. in versic. restat. vbi Specul. tractans de priuata scriptura dicit, quòd liber rationū mercatorum, etiam pro ipso mercatore facit semiplenam probationem: & sufficit cum vno teste ad plenam. quod tamē durum est, dicit ipse. Pe. de bella. per. vt Cy. refert & sequitur. C. eodē. l. in bonæ fidei. dicit dictū glos. non esse verum. Nam priuatæ scripturæ non debet plus credi, quā viuæ voci ipsi⁹ qui scripsit: sed sibi ipsi non crederetur pro se. ergo &c. Præterea, si hoc esset, de facili pararet quis sibi semiplenam probationem, faciendo de hoc sibi scripturam. Ioā. an. extra eo. c. fina. circa finem dicit idē qd glo. hic. & addit, quem quidam reprehendunt, licet indebitè: & non dicit vltra ordinem glo. Glossē nostra formauit sibi istam obiectionem, & respondet ad eam. in auē. de inst. cau. & fide. §. si tamē quis quā in glos. super verbo. inuenerit. & ibi respondet quòd hoc debet intelligi de priuata scriptura, quæ dicit alterius, quàm producentis. quod. j. statim declarabo. ¶ Pro[a] declaratione igitur huius passus est 25 aduertendum: quòd priuata† scriptura est triplex. quædam est priuata scriptura, quæ dicitur apocha. quæ datur à parte parti: & vocatur in vulgari nostro appodissa. de qua loquitur. C. de fide instru. l. plures apochis. & in auē. si quis vult cautè deponere. C. qui po. in pig. ha. Secūda priuata scriptura, est liber rationum, quem quilibet sibi conficit sua sponte.

Tertia priuata scriptura, est epistola, quæ ab altero alteri destinatur. Circam primā, scilicet circa apocham[b]. dic, aut pars contra quam producitur, confitetur eam sua manu scriptam: & facit plenā fidem: vt. l. publia. in fin. infrà depo. aut negat eam scriptā manu sua: & tunc, aut habet subscriptionem partiū, & testium: & faceret plenā fidem[c], cum esset à partibus approbata: vt. l. scripturas. C. qui potio. in pigno. habean. Aut habet subscriptionem testiū tantùm, vel non habet: sed testes interfuerunt, qui eam viderunt scribi: & tunc siquidem approbatur per testes, & per comparationem literarū, facit plenam fidem: vt in authen. & si contractus. C. de fide instrumen. Si verò approbatur per testes tantùm, vel per comparationem literarum tantū: tunc non facit plenam, sed semiplenam: vt in authen. de instru. cau. & fide. §. si quis igitur. vt dicta authen. & si cōtractus. & quod ibi not. Vnde vides, quòd priuata scriptura probata per testes tantùm: vel per comparationē literarum tantùm, facit semiplenam probationem. & ideò gl. de istis posuit duos casus, scilicet priuatā scripturam, & comparationem literarum. dico tamen, quòd posset esse tanta fides testium, vel posset esse tanta vis comparationis literarū, quòd ei daretur plena fides. quod apparet: quia si comparatio cō traditeret dicto testium, iudex posset adhibere fidem, vel testibus, vel comparationi literarum, secundùm quod sibi videretur: vt in auth. de instru. cau. & fide. §. si verò aliquid tale. licet de iure antiquo cō paratio semper faceret plenam fidem: vt. l. comparationes. C. de fide instrument. Si verò appodissa[d] nullo modo approbatur, nec testibus, nec comparatione: tūc etiam potest loqui hic, quòd faciat aliquam ✳ lem præsumptionē: non dico semiplenam probationem. & hoc est quod voluit glos. in. d. §. si tamen quisquam. Nam nō de facili quis faceret vnam falsam appodissam propter timorem magnæ pœnę. Item, quia scit quòd potest de facili, probari contrarium per comparationē literarum. & ideò, ex quo tu producis priuatam scripturam, quam dicis factam manu tui debitoris, colligitur quædam præsumptio pro te & c. ¶ Circa secundum, [e] scilicet circa librum [f] rationum, aduerte. Dico† aut in libro rationum cō 26 tinetur aliquid contra scribentem: & non est dubiū quòd facit plenam fidem: vt. l. quædam. §. nummulari. s. de edendo. & ibi glos. Aut cōtinetur aliquid pro scribente: & tunc si quidem loquimur in his quæ dependent à mera eius voluntate: & facit plenam fidem: vt. l. nesennius. suprà de nego. gest. Si verò ab eius mera voluntate non dependent: tunc liber rationum pro scribente nil probat: vt. l. exem- 27 plo. C. de probation. In casu tamen† putarem quòd pro scribente vel eius hærede, induceret aliquam

cerdotis. text⁹. §. quantum. in authenti. quib. mo. natu. effic. leg. col l. x. v. de quo Bal. §. quibus. iij. co. j. consti. C. et. l. filiū eū. contrà de his q sunt sui, vel alieni iur. Adde idem es se quoties esset, vt staretur priuatæ apochæ, vt est Ve netijs & Genuæ, c. cum dilectus. de fide instrumē. ita tenet Innocē. in. c. cum. p. tabel lio. de fide instru. & not. q apocha facta ī loco: ī quo est talis consuetu do, non solùm faceret plenam fidem in eo, sed alibi etiam. & vbicūque locorū dicit Anto. c. ij. col. iij. de fide instrumē. & in. c. cum dilectus. alle. l. j. de emā. lib. C. idem tenet Ioan. And. licet ipse nō dicat, titu. de instru. edi. §. nūc. in additio. magna. ad finem. Et hoc confirmatur per regulam Salice. & Bald. l. si non speciali. per illum tex. C. de testamen. quòd scriptura facta in vno loco probat vbicunq; locorum, secundùm priuilegia loci in quo facta est. allega. l. ij. C. qui testamen. face. poss. Secundò confirmatur per hoc qd dicit Bal. l. exemplo. C. de ꝓbatio. quòd consuetudo quæ dat robur probatorium scripturæ priuatæ, facit quòd illud robur non solùm locum habeat in loco territorij, vbi est consuetudo: sed etiam alibi vbicunq; locorum: limitando tamen, vt ibi pēr eum. Tertiò cōfirmatur per id quod tenet ipse Bald. in. l. ij. col. ij. C. de constit. pecu. quòd stante statuto, quòd priuata scriptura mercatoris faceret fidem: illud debebit seruari, tam in foro Ecclesiæ, quàm ciuili. iuxta glos. l. ex ea. ff. de postul. Quod tamen limita, vt ibi per eum: nisi statutum se ad proprios iudices mercatorū referret, puta consules. & iuxta hoc vide etiam Roma. consilio. cciij. & sequen.

✳ ¶ Probationem. Contrarius allegatur hīc per Iaso. in sua repetitione, char. xvj. in. l. fina. C. qui pot. vbi allegat, quòd plures doctores tenent pro vtraq; parte. sed pro solutione, illud quod hic Bar. dicit procedit regulariter, sed fallit multis modis, hoc est decem casibus, vt hic per dominum Iasonem. & ita procedat quod dicit in dicta. l. scripturas. vide con cordan. Bart. de saxo ferra. concor. cclxxxviij. incipien. apocha est scriptura priuata.

e ☞POMATES. ¶ Secundum. Vide Ponormitanum consilio. j. in principio. in. j. volumi. Alexan. consi. clxxxv. colum. j. volumi. ij. vbi ponit de libro officialis. & consil. cxc. eodem volumine. ij.

f ¶ Librum. Adde quod Alexan. dicit, quòd cum dictis Barto. communiter transeant doc. excepto Roma. de quo hic per eum. Cui adde videndum præsumptionem

p Paulū de cast. consilio proximè allega. vbi transit cum dictis Bartoli. in l. nuda ratio. Roma. consi. cccxlvj. Panormita. consilio. lxxxj. Bald. consilio. cxcvij. primo libro. & consi. cclxiij. ij. libro. Et ibi quando in libro est scriptura tertij. ¶ Quid autem de libris massarij alicuius terræ, vide eundē Bal. consilio. xxvj. secundo libro. Quid de libris archiui publici, per Alexau. consi. cxxxviij. primo libro. Et an valeat consuetudo, quòd libris mercatorum detur fides, vide Bald. cōsilio cccl xix. iiij. libro. Ad 28 de tu vltra ea, quę ponuntur hic per repetentes: & ad Bar. hic adde dominum Alexan. b de Imo. in consilio. j. columna. j. & consilio. lxxxj. columna. j. in primo volumine. Et Lanfran. in repetitio. c. quoniam 29 contra falsam. in versic. instrumentorum productiones. colum. xxj. ī princi. de probationibus. & dom. Fran. de Areti. ibi 30 col. iij. vbi quòd li c bro gestoris cum eius iuramēto creditur de expensis minutis.

☞POMATES.

a ¶ Defuncti. Vide Rapha. cu. consil. xxxj.

☞POMATES. e

b ¶ Faceret. Vide 31 Barba. in rubri. de fide instrumen. j. f col. Panor. consi. lxxxj. col. j. volu. j. Imo. cōsi. cxvij. col. v.

c ¶ Epistola. Adde q cum Bart. transit Alexan. post a- g liquos doct. de q- 32 bus hic per eum. Cui adde Bald. de literis respōsiuis, consilio. ccliij. iiij. libro. & consilio I. ij. libro. Et quid de literis cambij. consili. cccxvij. iij. libr. & co. silio h l. iij. libro. Et an i credatur literis & k sigillis principū. 33 consilio. cccxx. &. cccxcvij. iij. li.

d ☞POMATES. ¶ Quæro vide Alexand. in auē. si quis in aliquo. columna. v. ver. sextò fallit. C. de eden. & in materia exempli vide Roma. singu. cccxlvj. incip. an papa. Ale. consi. cx. incipien. visis acutissimis. col. iij. j. vol. & consi. vj. incipien. confideratis. volu. iiij.

e ¶ Exemplo. Adde vt per Bald. consi. lvj. primo libr. & consi. cxcix. libro tertio.

f ☞POMATES. ¶ C. de. ad hæc vide Alexandrum in authentica. si quis in aliquo. colum. ij. versiculo, quintò fallit. & consi. xxiiij. colum. viij. volumi. ij. Roma. consilio. clvij. Alexan. consil. xxxviij. volu. secundo. vbi sentit hoc procedere in causa dotis. Floria. in. l. in lege aquilia si deletum. columna. ij. ff. ad legem aquil. Alexandr. consilio. xxxvij. colum. j. volumine. iij.

g ☞POMATES. ¶ Item. Vide Roma. consilio. clvij. Barto. consilio cxciij. incipi. factum sic se habet. Alexand. consilio. iiij. incipien. videretur. ij. volum. & consilio. xxxvij. j. columna, volum i. iij.

h ¶ Semiplenam. Adde, quod fallit fauore dotis: quia tunc plenam probationem facit: vt consuluit Bartolus consilio incipiente, factum sic se habet, Titius. & Paul. de castro cōsilio mihi. lxxxviij. incipiente, de viris de Benalijs.

illa rubrica colligatur aliqua fides? Respondeo, quādoq; illa rubrica est rubrica alicuius contractus vniformis: quandoq; est contractus alicuius dissormis.

¶ Primo casu, pone exemplum: præcedit in libro instrumentum in quo continetur quòd Titius & Seius receperunt centum mutuò à Sempronio, quę restituere insolidum promiserunt: & statim infra sequitur rubrica instrumenti conseruationis indemnitatis, quam Titius fecit Seio. Certè cum conseruatio indemnitatis sit vniformis, & instrumentum nō recepit veritatem in se: satis puto quòd inducatur k aliqualis præsumptio, vel fortè semiplena probatio quomodo de præcedenti contractu alter alterū cōn seruauerit indemnē. Istę enim rubricę seu quasi probationes, inducunt præsumptionem eorum quæ ibi debent sequi: vt. C. de impo. Iucra. descri. l. j. in fin. &. C. vt nemo priua. l. j. Si verò esset contractus dissormis: vt puta: dicit rubrica notarij. instrumentum venditionis talis fundi factæ à Titio Sempronio. Certè vēditio potest esse facta magno & paruo pretio, & sic dissormiter: tunc talis rubrica non probaret: quia etiam confessio partis incerta, nil probaret. j. de confes. l. certum. in principio. §. de interroga. act. l. de ętate. §. quod autem. ¶ Quæro, quid si in in- 1 strumento† reperitur† defectus in indictione, vel in 34 nomine Papæ[m], vel simi. vel in aliquib. alijs necessa m rijs: in faciat aliquam fidem: Respondeo, si quidem notarius supereset, nullam fidem facit: sed imputetur parti, cur non agit contra notarium, vt sibi instrumentū perfectum restituat. argumen. l. veluti. §. de edēdo. sed si notarius esset mortuus, tunc puto quòd faceret semiplenam probationem: vt. l. quarta. C. de fabri. lib. xj. facit de bo. pos. secundum tab. l. j. §. fi li num. &. §. si roſę. & ista sufficiant circa scripturam & comparationem &c. ¶ Venio ad secundum circa 35 fugam rei: dicit glo. quòd† hoc facit semiplenā probationem. Idem no. C. eodem l. in bonę fidei. Breuiter dic, quòd fuga quandoq́ue opponitur alicui n vt delictum: & tunc non est dubium, q fuga[n] facit semiplenam probationem, vt. l. quis sit fugitiuus. j. de ędili. edic. &. l. defensorē. de re mili. &. C. de ser. fugiti. per totum. Quandoq; fuga adducitur ad probationem alterius criminis de quo agitur: & tunc si quidem ad probationem illius, sufficit sola suspicio, tunc fuga probat suspicionem: & per consequens plenè: vt. l. impuberibus. in fi. ff. de suspect. tut. Si verò requiratur plena probatio: & tunc regulariter per fugam non probatur plenè, nec semiplenè: sed aliqualis præsumptio inducitur: vt. j. ad Sylla. l. lege cornelia. &. C. de rap. virg. l. j. & ibi tāgit Cy. in qua dam additione quam fecit ad lect. dixi plenè in. d. l. 36 lege cornelia. ideò nō insisto. ¶ Venio ad tertium[o] o †& quæro vtrum per vnum testem fiat semiplena probatio? glo. dicit quòd sic: quia si duo faciunt plenam: ergo vnus semiplenam. alleg. gl. alias leges. l Idem tenet etiam glo. in dicta. l. in bonæ fidei. C. eodem. licet multi contrà: sed de hoc nō disputo: quia habemus casum de hoc extra de procu. c. ex infinua tione. & de succes. ab intesta. c. finali. ¶ Hoc tamen limito q vnus testis faciat semiplenam probatiōnē, m

☞POMATES.

¶ Instrumento. vide Alexan. consi. lix. col. iij. volumi. ij. in fi. & sequen. col.

¶ Papæ. Adde Ange consi. cclxxxiij. vbi plenè.

n ¶ Fuga. Adde limitanda dicta Bart. vt per eundem in. l. j. ī. de bonis eo. & de materia latè per Ioan. And. in addition. ad Specula. in ti. de præsumptio. & aliquid per Alexan. hic. Cui adde Bald. cōsilio. cxxij. &. ccxxx. libro. j.

o ☞POMATES. ¶ Tertium. Vide Alexan. consi. xv. viij. colu. & consil. xviij. ij. col. & consil. clxxxiij. vij. colum. volum. j. Et vnum verbum Felini in ca. licet causam. v. col. de probatio. Barb. consil. iij. colum. xv. volumi. ij. Imol. consilio. cxxxiij. Cardina. consil. cvij. Cuma. sequitur consilio. lv. columna. iij. Alexan. consilio. lxvj. columna. j. volumine. j. & consilio. lxxviij. in principio. eodem volumine. &. c. j. vomi. v. colum. fi. vbi ponit de teste consanguineo. Felin. c. præterea. de testi. cogen. co. ij. vide. Felinum, vbi dicit, quòd ad dictum testis se corrigentis, non potest tale instrumentum deferri.

¶ Consanguineus. Adde Anto. de Butri. in. c. fin. extra eodem. Bart. in. l. qui test. j. de testa. & in. l. parentes. p doctores. C. de testibus. Petr. de Anchi. consilio. ccxvij. ad corro. Et plures casus, in quibus vnus testis facit plenam probationem: vide per Specul. in titu. de teste. §. restat. versicu. hoc tamen fallit. & per vnum testē de visu, & plures de fama, probatur violentia vt voluit Baldus consil. xlix. libro iiij.

b ¶ Amicus. Adde 37 tu, quando amicus posit esse testis pro amico. & vide glos. nota. in auē. de mo. in. §. cogitandum. in verbo. testes. in fin. no. Cy. & Pe. c in. l eos. C. de test. & Bald. in. l. data opera. columna xxij. C. qui accu. Ioann. Andræ. in addi. ad Specu. in titu. de testa. §. j. circa princip. & nota. Cano. in. c. quoties. de testi. Non tamen intel ligas hoc de teste 38 instrumentario, per id quod habetur in. l. sciendum j. de vsuris. & per Bald. in. l. scripturas. C. qui poti. in pigno. hab. & vide per Alexan. in consi. cliij. co. pe. in. v. volumi. Et aduerte, quia amicitia non reddit omnino testem inhabilem: & hoc relinquitur iudicis arbitrio. ita Bald. in. l. eos. C. de appella. per text. in d. l. sciendum. infrà. de vsur. & tenet Abbas. i dict. c. quoties. de test. facit quòd dicit Iaco. butr. in. l. iij. in princip. j. de testi. vbi quod licet d duo testes magna 39 amicitia coniuncti non probent plenè: tamen tres probarent: quia numerus supplet defectum: vt. l. iij. §. eiusdem. & in. l. ob carmē. §. fin. j. de testibus. Nec est verosimile qđ testis pro amico falsum dicat, cum pretiosior sit anima, quàm corpus. c. cum infirmitas. de pœniten. & remiss. l. fancimus. C. de sacrosan. eccle. Et vide Abb. & Moder. in dicto. c. quoties. Alexan. in consi. lxxxviij. colu. iiij. in. v. libro. Et de materia plenè etiam per Barba. in cōsi. iij. col. v. in. j. volumi. vbi quòd amicus potest testificari, sed diminuitur de fide. & vide eundē in consilio. xix. col. vj. & in consil. xxix. colū. xij. in. ij. volumi. Et vide etiam Alex. in consi. l. col. iiij. in. v. vol.

b ⊰POMATES. ¶ Amicus. An autem amicus sit idoneus testis pro amico. vide Alexan. consilio. lxxviij. columna. ij. ad fin. volum. j. & quid de affine & consanguineo, vide etiam eum consilio. cxxxiij. colum. iiij. eodē volumi. & consil. cxxxvj. columna. iiij. eodem volumine. & Areti. lxj. col. vide Ancha. consil. ccxlvj. & de affine, vide Alexand. consilio. xlv. colūna ij. volumine. ij. & cxxij. columna. ij. eodem volum. Et ibi potuit, quid si cū tali esset alius testis, an tunc deferretur tale iuramentum? & quid si foret à quando est testis omni exceptione maior. si verò testis esset talis conditionis, propter quam fides eius vacillaret in aliquo: vt puta † cōsanguineus: [a] vel multum amicus [b] parti, & simi. tunc nō faceret semiplenā probationem, nec induceret iudicem ad opinionem sed ad suspicionē. h. d. vna gloss. no. j. de proba. l. etiam matris. Item. hoc intelligo verum, nisi circa idem possent verisimiliter haberi plures testes. Exemplū in ciuitate ista in quibusdam casibus sufficit probatio maleficij per famam, & vnus testis probat famā probabit ne semiplenè? certè puto q̄ non [c]. Sicut em̄ exemplo non creditur, quando potes producere originale & non producis: & ideò est suspicio contra te, vt. §. dixi, & probatur. C. de fide instrumē. l. fi. ita cum de fama debeant verisimiliter esse multi testes, si vnum solum producis contra illum, & contra te producentem esset suspicio. Item. istud quod dicitur, quòd vnus testis facit simplenam probationem intelligo in casibus in quibus sufficiunt duo testes: aliàs secus. & assumo rationem glo. per contrarium: si duo non faciunt plenam probationem: ergo nec vnus semiplenam. ¶ Et pro declaratione huius, p positionis formo tibi vnum dubium. Ponet reperiū tur testes qui iurauerunt, non tamen [d] deposuerūt: vel deposuerūt, & non iurauerunt: vtrum sit probatum saltem semiplenè? & videtur q̄ sic: per istam rationē quia ista duo, scilicet dictum & iuramentum, faciūt plenam probatiōem: ergo vnum istorum facit semiplenam. & sic concluditur, quòd iuramentum solū fine dicto, probaret: quod esset absurdum: cum nil explicitè sit dictum per testem. Et ideò istud dictū duo faciunt probationem plenam: ergo vnus facit semiplenam. intelligas in duobus æqualis potentię. secus si vnus si potentior altero. Exemplum: duo floreni faciunt plenam solutionem: ergo vnus semiplenam. bene sequitur istud. Sed si diceremus, vnus florenus & vnus Anconitanus faciunt plenam solutionem: ergo alter istorum facit semiplenam: hoc non esset verum, si assumeres illum, qui esset minoris potentiæ. istud patet ad sensum. Modò in duobus testibus qui sunt paris potentiæ procedit dictum glossē. in dicto iuramento: & istud non sequitur. Et ideò vt declarē istud, dicas: quia quandoq̄ in testibus cōtingit esse multos defectus. ¶ Primò. contingit esse defectum numeri. Verbi gratia: in testamētis requirūtur. vij. testes. quæro, vtrum duo faciant semiplenā probationem? videtur quòd non: nam quatuor nō faciunt plenā: ergo duo non faciunt semiplenā. ¶ Hic aduerte [e] ante [f] determinem: primò. oportet me cōcludere, † quòd non sit defectus in dicto, sed solùm in numero testium: hoc volo dicere, si duo testes dicerent, q̄ titius legauit mihi centum. Isti nihil probarent: quia etiam si hæres cōfiteretur, nihil probaret: quia est relictum in minus solenni voluntate, cum sit defectus in numero testium, vnde non probaretur, non propter defectum dicti: sed propter defectum numeri testium. Sed si duo testes dicerent, dico, quòd titius reliquit tibi centum coram. vij. testibus ad hoc rogatis: si. vij. testes hoc dicerent, sufficerent ad plenam probationem. sed quia duo non sufficiūt propter defectum numeri: hoc casu puto quòd faciant semiplenam probationem, vt. C. de bo. pos. secundū tabu. l. ij. & quod ibi not. & C. fi. er. l. fi. & de testa. l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. & quod ibi no. ¶ Item. ad rationem factam in contrarium, dum dicitur. quatuor non faciunt plenam probationem: ergo duo non faciunt semiplenam. ¶ Aduerte ista probatio quæ fit in testamentis, componitur ex duobus: videlicet, ex probatione quæ est de iure naturali, vel gentium, & solennitate ciuili. quod apparet: quia si iuris ciuilis solennitas subduceretur, sicut fit in testamento militis, remanet valida probatio per duos testes: vt. j. de testa. mili. l. j. & l. diuus. sicut etiam fit in testamento facto inter liberos: vt. d. §. ex imperfecto. & d. l. fin. fami. ercis. Modò istę duę partes, solennitas iuris ciuilis, & solennitas iuris gentiū faciunt plenam probationem: ergo solennitas iuris gentium sola, quæ est pars potentior, facit semiplenam, vt dictis legibus. vnde in testamento non assumo probationem quæ prouenit per numerum. vij. testium, sed per duas illas solennitates, scilicet iuris gentium, & iuris ciui. Præterea, solennitas, iuris ciuilis affuit: licet modo omnes non possint haberi. & sic sufficiunt saltem ad indicium, vel ad semiplenam probationem: vt. l. testium. in fine. C. de testa.

e ¶ Quæro [e] quid si testis deficiat [f] in dicto: verbi gra
f tia: dicunt duo testes, † vidimus quòd mutuauit sibi
40 pecuniam, sed non recordantur quanta fuerit: an isti faciant aliquam fidem? Respondeo. si ex aliquibus alijs coniecturis potest coniecturari de quantitate: puta, per duos testes probo quod petijsti. x. mutuò à me: per alios duos testes, probo quòd mutuauit: sed illi non recordantur de quantitate, certè ex his duobus, iudex poterit deferre iuramentum: vt extra eo.
41 c. ex literis. ¶ † Quid [g] si dictum testis deficit ex par
g te examinantis: [h] quia non fuit examinatus à iudice,
h sed à quodam notario extra iudicium? videtur q̄ nullam fidem faciat: vt. l. hac consultissima. C. de testa. circa fin. & l. solam. C. de testi. prout intelligitur solam à presentia iudicis, vt ibi in glo. & hoc puto verum, si parti potest imputari, cur eum solenniter examinari non fecit. & ex hoc inducitur suspicio cōtra eum: vt suprà dixi in quæstione de exemplo & fama. Sed si parti nil posset imputari, vt puta, quia testis erat in partibus valde longinquis, vel erat in articulo mortis: vnde si iuissēt ad iudicem, statim decessisset: illo casu, puto quòd faciat aliqualem præsumptionē, q̄ induceret iudicē ad opinionē: seu p̄sumptionem, secundùm qualitatem personę. Pro hoc induco. C. de test. l. fi. vbi creditur attestationibus, quibus aliàs non crederetur propter mortem testis. Pro hoc facit quod no. in summa Azo. in authē. de instru. cau. & fide, † vbi creditur instrumento cui aliàs non crederētur propter distantiam loci.
i ¶ Quæro, quid si reperiuntur dicta testium, [i] & nō
43 reperitur iuratum †: an faciat aliquam fidem? tex. in l. solam. C. de testib⁹. videtur dicere quòd nō: prout ibi dicitur, solam scilicet à iuramenti præstatione: quòd idem tenet Bal. consi. cccl. xxxiiij. in. v. parte.

c. ex literis. ¶ † Quid [g] si dictum testis deficit ex parte examinantis: [h] quia non fuit examinatus à iudice, sed à quodam notario extra iudicium? videtur q̄ nullam fidem faciat: vt. l. hac consultissima. C. de testa. circa fin. & l. solam. C. de testi. prout intelligitur solam à presentia iudicis, vt ibi in glo. & hoc puto verum, si parti potest imputari, cur eum solenniter examinari non fecit. & ex hoc inducitur suspicio cōtra eum: vt suprà dixi in quæstione de exemplo & fama. Sed si parti nil posset imputari, vt puta, quia testis erat in partibus valde longinquis, vel erat in articulo mortis: vnde si iuissēt ad iudicem, statim decessisset: illo casu, puto quòd faciat aliqualem præsumptionē, q̄ induceret iudicē ad opinionē: seu p̄sumptionem, secundùm qualitatem personę. Pro hoc induco. C. de test. l. fi. vbi creditur attestationibus, quibus aliàs non crederetur propter mortem testis. Pro hoc facit quod no. in summa Azo. in authē. de instru. cau. & fide, † vbi creditur instrumento cui aliàs non crederētur propter distantiam loci.

¶ Quæro, quid si reperiuntur dicta testium, [i] & nō reperitur iuratum †: an faciat aliquam fidem? tex. in l. solam. C. de testib⁹. videtur dicere quòd nō: prout ibi dicitur, solam scilicet à iuramenti præstatione: quòd idem tenet Bal. consi. cccl. xxxiiij. in. v. parte.

stis sine iuramento non probet, quòd quādo probationes essent hincinde pares, quòd iudex debet pro eo sententiam ferre, qui vltra aduersarium haberet pro se vnum testem non iuratum. ita dicit Alexā. consi. cxij. incipiente, in causa & lite. ad finem. in. iiij. volumine. Feli. c. de testibus in. iiij. columna. de testibus. & ponit. d. l. solam. C. de testibus. Alexan. l. milites. colū. ij. de. testa. militari.

⊰POMATES.
a ¶ Dicimus. Vide Fe. c. quoniam cō tra fal. xvj. col. ver siculo, quarta con a clusio, de pbatio 44 nibus. & Alexan. b consi. lxxix. col. 45 iij. volum. j.

⊰POMATES. c
b ¶ Quæro. contra istam decisionem licet magis communiter ab omni 46 bus teneaē: tenuit Aret. in. c. cauſam quæ. in. iiij. col. & sequen. & consil. clxiij. incip. sicut Io. inapoca. & eo dem modo tex. in l. sed & si. §. eo. vide Feli. c. quis. col ij. de re iudic. & Are. consi. xv. colum. iij. vbi tenet cū Bar. vide Ale c xan. consi. clv. volu. ij. & cōsi. cxxviij. volumi. eo. & Bald. consi. cccl. xxxiiij. in. v. parte.

dico eodem modo, si parti potest aliquid imputari, cur prestationem iuramenti non producit: nulla fides dabitur ei: aliàs creditur ei semplenè: vt puta, si dicta testium erant scripta manu vnius notarij antiqui defuncti, cuius acta non reperiuntur. sicut dicimus [a] de sententia † antiquitus lata, quòd valet: licet non reperiantur acta, vt no. per Innocen. in. c. cum in iura. extra de offic. de leg. ¶ Quæro [b], quid si dicta testium sunt recepta † & examinata inter alias personas, vtrum contra alium faciāt aliquam fidem? Respon. quòd [c] semiplenam, sicut dicemus de sententia in. l. à sententia. j. de appel. Quod tamen semper intelligo, si modò examinari non possent: aliàs sibi imputaretur, cur de nouo non faciat examinari, vt. l. fi. C. de testi. ¶ Quātò esset videndum † de fama, de
d qua & de omnibus dixi [d] plenè in. l. de minore. §. tor menta. de quæstioni. ¶ Sextò esset † videndum de
47 aliis indicijs qualiter faciant semiplenam probationem, de quibus plenè dixi, vt. l. fi. j. de quæstioni.

¶ Vnum tamen aduerte, quòd indicium de quo loquitur. l. si duo patroni. in versi. multum tamē. §. eo. videtur sufficiens ad deferendum iuramentum. & hoc videtur sentire hic glos. dum allegat. l. illam. ad q. de vno teste. hoc etiam probatur ex illo tex. dum dicit multum tamen fidei &c. si multum fidei facit, apparet quòd excesit primū gradum fidei, & fuit
e sufficit ad iuramentum: vt dixi. §. ¶ His præmissis [e]
48 quæro † vtrum duę semiplenę probationes faciant vnam plenam probationem? & si quidem sunt duæ semiplenę eiusdem generis, vt duo testes: non est dubium quòd faciant plenam: sed si sunt duæ semiplenæ diuersi generis: tunc videtur, quòd non faciant plenam, vt. l. ij. §. fi. de excu. tut. & ibi videtur glossē. dicere. & l. spadonem. §. qui jura. eo. tit. & C. qui numero tu. l. j. ¶ Aduerte, veritas est, quòd duæ semi
f plenæ [f] faciant vnam plenam, vt puta, vnus testis &
g g consessio [g] facta absente parte. casus [h] est extra de such cessab intesta. c. fi. Item. vnus testis & fama publica, eo casu quo faceret semiplenam, vt in. c. j. extra de appel. & no. in. l. ij. §. eiusdem quoq̄ principis. j. de testitu. Et idem in alijs similibus casibus, de quibus dixi, inducit semiplenam probationem. Et ad con
d ¶ Dixi plenè. Ad de quòd idem te 49 trarium respondeo: duo † imperfecta nō faciunt vnū net Bal. cōsi. cclxxviij. icip. principalis cura. j. lib.

⊰POMATES. ¶ Præmissis. Vide in ista materia, an duæ semiplenæ probationes faciant vnam plenam. Alex. consi. xj. incipien. censeo renouari in dubium. in. iiij. volu. & consi. xxj. incipien. repetito in causa mi
i litię. in. iiij. volu. & consi. xix. col. iij. vol. e. & cōsi. cxxviij. in. ij. co. volumine. ij. & consi. lxxxij. eo. vol. Panor. consi. xvj. in fi. j. vol. Roma. consi. viij. Feli. in. c. cum causam. col. iiij. de proba. & c. veniens. vlti. colum. de test. & in. c. tertio loco. Cæpo. consi. xxxij. ix. col. Barb. consi. vj. ij. co. volu. j. Roma. consi. xcj. in vlti. col. in consi. cxxvij. Imo. consi. xcj. & cōsi. cxxxviij. & adde ad Ana. consi. lv. Alexand. consi. liij. in fi. j. vol. Aret. cōsi. xlij. col. ij. ad fin. in cor si. lxv. colum. ij. Ancha. consi. ccxlvj. Alex. consilio. xxiij. col. fi. ij. volu. vbi dicit: quid in criminalibus. & c. xxviij. col. fi. eo. vbi dicit, quòd duo testes singulares & imperfecti, nō iunguntur ad faciendam plenam, vel semiplenam probationem.

f ¶ Semiplenè. Adde Specu. in titu. de no. cri. §. fama. versi. fama. gl. in. l. ij. in princi. in verbo: legi. j. de excusa. tuto. Bal. in. l. j. §. idem cornelio. j. de quæstio. in. l. ij. C. quorum appel. non recip. & in authē. rogati. C. de testibus. & in l. vnica. C. de confessi. & in. l. ex cauti. C. de non numera. pecu. & in. l. si quis ex argentarijs. §. j. §. de eden. per Bal. consi. ccxcij. j. libro. Alex. consi. ix. & c. lxv. ij. libro. & consi. xxj. lib. iiij.

g ¶ Et confessio. Adde tu, quòd confessio non potest probari per testes singulares, scilicet, quando vnus deponet de vna, alius de alia: quia tunc non iunguntur isti testes, vt plenè probent. Istam conclusionem ita decidit Ant. de But. in. c. ex quadam. col. iij. de testibus. Et idem videtur velle, licet ita non clarè, domi. Abb. in. c. cum causam. co. iiij. de probatio. dum dicit, quòd testes singulares non debent coniungi ab probationem integrā. dam. & est de mente Cyn. in. l. ij. C. quæ sit longa cōsuetudo dum dicit, an consuetudo probetur per testes singulares? & ponit dominus Alexan. in consilio. xxxvj. colum. ij. post medium. in. v. volumine. Et adde quòd ad hoc vt confessio facta absente parte parte, faciat semiplenam probationem oportet quòd probetur per duos testes, vt est de mente Bar. hic: & no. in d. c. fin. de succes. ab intesta. Et dixit Alex. in dicto consilio. xxxvj. & in consilio. xxxix. columna. iij. in fi. in. v. volumi. pro quo adde glo. & Cardi. in. l. fin. C. fami. ercis cun. & quod not. Angel. in. l. si debitori. de iudic. Quinimo talis cō fessio facta parte absente, probata per vnum testem non facit indiciū, per id quod habetur in. l. fi. §. de interrog. act. iūctis not per. Bar. post glos. in. d. l. fin. C. fami. ercis. & An. in. l. fi. in prin. §. quod metus cau. & Inno. in. c. ficut el. j. extra de sym. Et pōit do. Alex. i cōsi. cxxiiij. col. pen. v. volumine. Et aduerte: quia cōclusio Bart. hic scilicet, quòd cō fessio absente par te facta per duos testes probata fiat semiplenam probationem: nō videtur, pbari in d. c. fi. de succes. ab intesta. qa ibi cōfessio facta fuit par te presente, qui tamen ibi non faciebat plenam probationē: quia verba fuerunt incidēter & enuntiatiuè prolata: vt ibi declarat Abb. & plenius Sali. hic, & in l. in bonę fidei. C. de reb. cred. vbi tenet contra Bar. hic, scilicet quòd nō faciat semiplenam probationē sed aliquale indicium. & Ro. hic. & refert Alexan. in consilio. clij. colum. penul. in. v. volumi. tamen idem Alex. in consi. cl. eo. volumi. in. ij. col. tenet opi. Bart. per no. in. c. fi. cautio. de fide instru. & in. c. ex parte. de confessi.

h ⊰POMATES. ¶ Cassus est. Vide Alexan. cōsi. cxv. in. ij. colum. iiij. volu. & cōsi. cxvij. in. ij. col. eo. volu. & Imo. cōsil. xxxv. col. vj. &. xcj. & Cardi. ix. colum. fi. & Alex. lxviij. volu. iij. vbi loquitur in duabus confessionibus probatis per testes singulares in consi. xxxix. colum. ij. eo. vo. vbi ponit, quid requiratur ad hoc vt confessio facta parte absente faciat semiplenam probationem: & consi. xx. col. ij. volumi. iiij. & lxxxij. eo. & cōsi. xiij. col. fi. volu. j. & consilio. xxiiij. col. vlti. volu. ij.

i ⊰POMATES. ¶ Quæro quid. Vide ad hæc Alex. cōsi. xvij. in fi. volu. j. vbi ponit, quid iuris quando duo testes ab eadem parte producti, forent contrarij, videlicet an iure posit iuramentum deferri?

k ⊰POMATES. ¶ Probationes. Vide Alex. consilio. cxv. in. ij. colūna, in. iiij. volumine. & cōsilio. cxvij. in. ij. colū. eo. volu. Imo. cōsi. xxxiiij. in. j. col. in. ij. volumi. vide q̄ posui ad Barto. in. l. j. in prin. in ver. vlterius. j. de vētre inspici. Panormi. in. c. in nostra. in penult. col. ver. quandoq̄ vn⁹ & c. extra de testibus. & Iaso. in. l. non hoc. col. vij. in fine. C. vnde legi.

l ¶ Remanet valida. Adde tu Ant. de But. in. c. vt nostrum. in secundo notabili de offi. Arch. Barto. in. l. j. j. de vent. inspi. & Alex. de Imo. in consil. cxxxiiij. col. j. in. ij. vol. & Moder. scilicet do. Phili. Deciū. c. in præsentia. col. ix. in prin. de proba. quos vide.

✳ ¶ Quandoq̄. vide Alex. cōsi. cxxxiiij. in pen. col. in. ij. volu. in. xj. col. versi. viso consilio. aliquid per Ro. consilio. xcj. col. iij.

m ¶ Locum. Adde quòd in probanda consuetudine nō defertur hoc iuramentū. ita Bald. in. l. de quibus. colum. xxij. §. de leg. & refert & sequitur Alexā. in consi. cxxxvj. col. v. versi. nec est locus. in. j. volu.

n ⊰POMATES. ¶ Item an. Vide Alexā. consi. cxliij. c. ij. volu. j. Bald. cōsi. cxxij. in secunda parte & præcedēti. & vide ad hæc Alexā. cōsil. lxix.

columni. ij. volu. vbi videtur sentire contrarium, quòd si adesset statutum quod posset &c.

✣ POMATES. ¶ Magnis. Facit bene gloss. in. l. aduocati. in verbo, vitam. C. de aduo. diuer. iu. & text. in. c. j. §. illū. de resti. spol. in. vj. & quod not. Bart. in. l. ij. in prin. j. de testi. & illud vulgatum, q facultates habētur secundus hominum sanguis. & ad hæc vide Alexan. consi. cxxij. in. ij. & iij. colum. volu. ij. & consil. xlij. ad fi. in. iij. volu. & consi. cix. in vltima col. in. iiij. volu. Barba. consil. j. in. xiiij. colū. in. j. volu. & in simili consili. xlij. & xix. in. v. colū. ad fi. j. volumi. & consilio. liij. aliàs xxxiij. in. iiij. co. & col. x. & seq. j. volu. & consil. iij. in. xix. colum. in ij. volumi. & cōsi. xviij. i. vj. colum. in. ij. vol. in. x. co. in. xvj. in. vj. col. vol. ij. colū. xj. & xviij. col. ij. volu. ij. & Roma. cons. Ixxv. in. iiij. dubio. Imol. consili. cxlviij. in. iij. colū. Alexand. in materia consilio. xcj. incip. in causa & lite. in. v. volumi. & Alexand. lxxvj. volum. primo. & Ixxiij. col. j. in fi. j. volu. & pulchrè Alexan. consilio cxxxvj. colum. v. eodem vol. vbi tenet, quòd in probanda consuetudine non defertur iuramentum &c. & Areti. consili. lxxj. colum. iiij. & Feli. in. c. iij. de offi. delega. & ibi Barb. col. ij. in fin. & sequen. & in. c. prudentiam. §. ad ij cimus. colum. ij. eo. titu. & Ale. consil. lxviij. in fi. volumi. iij. vbi sequitur Bar. & sentit valere statutum quòd à tanta summa suprà non deferatur iuramētū.

& vide ad hoc scribent. in. l. iiij. §. eod. vbi ponunt, quid iuris in his causis in quibus regulariter non defertur iuramentum in supplementum probationis, quādo aliquid adesset, quod ficeret vltra semiplenam probationē. & omnino Soci. consi. suo. clv. & sul. consi. clxxij. & ibi ponit aliquid, cui magis sit deferendum iuramentum reo an actori. & an causa trecentorum ducatorum dicatur magna. & vide vnum verbum per Barba. consil. xxxvij. colum. xix. volumi. iij. & Cardi. consil. cxlj. colum. fi. & Alexan. consil. xxix. colum. penult. volumi. v. vbi ponit, quæ dicantur & ipsæ causæ magnæ: & dicit tandem relinquit arbitrio iudicis.

b ¶ Magnæ. Adde tu do. Alex. in consi. xxxix. in fi. in. v. volumi. & Spe. in ti. de iuramen. dela. §. j. circa medium.

c ✣ POMATES. ¶ Pro seipso. vide per Rom. consi. ccxc. in. ij. colum. vers. nec refragatur. Imol. consi. cxlvij. in. iij. colum. & Alexand. consi. lxix. in fin. volu. ij. & consi. cxxxiij. eo. & lxxj. colum. pe. vol. iij. vbi ponit, an

a

posit deferri hæredi defuncti, vel ei qui habet notitiam rei per formam vel confessionem partis: vel quando iuramentum petetur super eo, quod nō est verosimile: &. xxxix. col. penul. vol. v. vbi logē in hærede & filia de functi. & dās Felinus in. c. ad reprimendā. colum. j. ad finē. de offi. ordin.

d ¶ Vilis. Adde quòd per hoc verificatur illud quod dicit Cy. in. l. in bonæ fidei. in. vij. quæstione. C. e. vbi volui, quòd fœneratori nō deferatur iuramentū: quia constat fœnerato res reddi infames. l. improbū. C. ex quibus cau. infa. irroga. & cum de cisione Cy. cōcor. Bal. in. l. qui accusare. C. de edē. vbi dicit, quòd iudęò non defertur iuramentum in defectum semiplenæ probation. Et qđ dictum est de fœneratore, dicit Alexan. quòd illud se quunturdocto. in. c. fina. extra eo. Et quando sit deferē dum iuramētum in defectum probationis tā actori, quàm reo, vide Ang. consilio. cclxj. &. cxxxvj.

✣ POMATES.

e ¶ Itē. Vide Paul. de cast. i. l. ij. in fi. C. de bonorum possef. secundum tab. & hic vide Feli. in. c. in nostra. iiij. col. de testi. & in. c. cū in tua. col. iij. eo. & in. c. veniens. viij. col. & ī c. prætereà. eo. titu. Barb. cōsi. xxxij. col. v. volu. j.

✣ POMATES.

f ¶ Vtrum. Adde vnū singul. quòd sufficiat hæc petitio ab initio facta per clausulam, petio ius & iustitiam ministrari. Alex. consi. xcij. in. j. colum. in. v. volum. no. necesse esse vt iudex deferat istud iuramentū, quod petat à parte. Idē tenet do. Anto. de Butri. in. c. finali. in vltima columna. extra. eodem titu. doctores, & præsertim Salicetus in. l. in bonæ fidei. C. eodem. vltima columna. quāquam contrarium teneat dominus Abbas in dicto capitulo finali. §. sanè. ad finem. & sequenti. domi. Alexander nihil mentionem faciens de prædictis in consilio. iiij. incipiente, in causa vertente inter Michaelem in vltima columna. Teneas cum Barto. & doct. vt scilicet, quanquàm iudex necessitetur iuramentum deferre: intelligatur tamen si à parte petatur: aliàs non, valeret iuramentum, neq; iuranti prodesset. Et hoc multis modis probo. & infrà quia stante statuto quòd capitaneus teneatur ferre sententiam ad cōsilium sapientis: intelligitur, scilicet si à parte petatur. per regulam. d. l. iiij. §. hoc autem iudicium. hic alleg. & l. iā tamen. §. j. infrà iudi. solu. aliàs si à parte nō peteret, & ferret sententiam capitaneus, valet ipsa sententia, non obstante statuto glo. est in. c. fi. de rescript. & ibi not. doct. & tenet Antoni. de Butri. in. c. penulti. de iudo. Alexander consilio. cclxiij. incipiente, viso processu vtriusq; causæ,

iuramentum

in vlti. colum. Secūdò. facit, quia stante statuto quòd potestas teneatur cō pellere agnatos ad compromissum, intelligitur scilicet, si ab aliqua parte petatur. p notata in. d. c. fi. de rescriptis. & ita tenet expressè domi. Ant. de But. in. c. venerabilis. de iudiciis. & sequitur do. Alexan. in consi. lxxij. incipien. in causa vertente inter Pe. Io. an. in penult. colū. ¶ Tertiò. facit tex. notabilis in. l. peto. §. fin. j. de leg. ij. in versi. quòd si cautio non fuerit a desiderata. Et qđ 61 dicit Pau. de cast. b illum tex. inducē 62 do ad fi. ad statutum Paduæ de quo dic vt ibi p eum. & decisionē 63 eiꝰ ibi sequiē simpliciter do. Alex. cōsi. ccccclxxvj. incipi. visis narratis in themate. circa pri. ¶ Quartò. facit text. notabilis in. l. debitoribꝰ in prin. in verbo, petētibus. j. de re iudica. & quod ibi per illum tex. not. Ange. Et do. Alexan. de termino quatuor mensium dato cōdemnato &c. ¶ Quitò facit quod decidit Angel. in consil. cxl. incipi. quidā Matthęꝰ ¶ Sextò facit quod notant do. Ant. & Abb. in. c. penul. de iudi. Paul. de Cast. in. l. properandū. & ibidem domi. 1 Alexand. in prin cip. in. ij. col. C. de iudi. quòd stante c statuto quòd iudex debeat terminare causam &c. ¶ Septiò facit textus in. l. Iulianus. 1 §. offerri pretiū. j. de actio. empt. 2 cum declaratione 3 Bal. ad illum tex. 4 in. l. ij. C. de his q̄ sub modo. in. l. j. in. iij. col. ne liceat tertiò. quo. ¶ Octauo facit tex. in in. l. j. §. fi. j. de iur. delib. vbi quamuis 1 tempus ad deliberandum sit arbitrarium: tñ debet peti. ¶ Vltimò 2 facit glo. c. cupientes. in. §. quod si per viginti. in verbo contēpserint. de elect. in. vj. & text. in. l. si quis. in verbo, interpellatur. j. de col. bo. & in. l. ij. §. quod ait prætor. j. quo. legatorum. & in l. j. in verbo, non exigit. j. vt legat. no. ca. & vide Ar. e

a

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Tutor non potest promittere in instrumento stare simplici uerbo aduersarij de expensis & damno.*

LEX XXXII.

IVrisiurandi. Querit glo. an hoc possit face re cū tutore: & rñ det qđ nō: qa habet in se speciem donationis. quod no. † & sic est casus, quòd si tutor in instrumento promitteret de quantitate damni & expensarum stare simplici verbo aduersarij, nō valeret. c. de alijs ita promittentibus tetigi in. l. iusiurandum. in prin. §. ea.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Iuramentum quando defertur, simpliciter intelligitur, quòd iuretur per deum.*
2 *Iurari hodie debet per sancta Dei euangelia.*
3 *Electio prima si fuit inualida, an posit denuò eligi remittitur.*
4 *Testis qui primò inualidè deposuit, potest iteratò examinari, licet testificata dicta fuerint.*

LEX XXXIII.

VI per salutem. Si non est legitimè iuratum, iterū est iurandū. hoc dicit. hac ex. l. colligitur, qđ qñ iuramentū defertur simpliciter, intelligitur quòd iuret per Deum. per aliquam verò creaturam, vel salutem creaturæ, nō potest iurari, nisi sic specialiter deferatur: vt hic. Hodie verò debemus iurare per sancta dei euangelia. ¶ Secundò no. quod dixi in summario. ¶ Opp. quòd iuramentum postea præstitum non valet, vt supra eo. l. non erit. in fi. Glo. dicit ibi, iurauit ex interuallo, cum iam delatio esset reuocata. certè vt ibi dixi, delatio habet in se conditionem tacitam, quòd statim iuretur, seu acceptetur: vnde solue, quòd hic iuramentum fuit acceptatum statim: ideò potest ex interuallo iurari, ibi non fuit acceptatum. & ita tenebat Iaco. But. ¶ Secundò op. & videtur quòd delatio referatur ad primum iuramentum: vt. d. matrimonij. q & à q. & l. boues. §. hoc sermone. j. de verbo. signi. Glo. non solvit, dic quòd ibi matrimonium se cundum per primum redditur vilius. quæ ratio hic cessat. vel melius: hic iurauit ex iure suo sibi iā quæ

ti. in. c. j. colum. v. de iudi.

a ✣ POMATES. ¶ Ad quod. Vide Roma consilio. cclv. in fi. Aret. in c. j. de iudi. in. v. co. & Alex. consi. cxxij. co. fi. ij. vo. Vbi dicit talē delationem iuramenti esse fiendam parte citata. & ibi etiā ponit, an cōdemnatus propter talem delationem sit in expēsis condemnandus. Et quòd requiratur partis citatio in delatione talis iuramenti, vide etiam Bald. consil. cxxxv. in. ij. col. in prima parte. & Soci. consil. clv. colum. penul. vbi dicit, quòd requiritē causę cognitio, et qualis.

¶ Consuetudo. Adde Bald. idem tenentem eius cō filio. ccxij. in fine primi libri.

¶ Valeret. Adde quod voluit Ange. in. l. Imperatores. §. de pact. vbi dixit, quod tutor non potest cōpromittere causam pupilli in arbitratorem cū potestate iudicandi de iure & de facto. de quo vltra Alexā. vide Bal. consilio cccxc. et. ccxxvij. ij. lib. Inquantum etiam tāgit, an pupillus possit iuramento obligatur ad obseruandā pacem.

✣ POMATES.

d ¶ Qui. de hoc vide Alex. in. l. ij. §. iurari. in. ij. col. §. eo. & aliquid in epistola Iacobi. c. v. ad fi. in glos. in verbo, anteomnia fratres mei nolite iurare.

¶ Inualidam. Adde, vt pulchrè per Rom. consi. cccc. xcij. inquantū Alexand. post Bal. quærit de cōpromisso, quòd primò nō habuit effectum. an de nouo habeat fieri? dic quòd sic. & cōsuluit Ro. cōsilio cccciij. & Bal. cōsil. cccclxxxviij. libro. iij.

✣ POMATES.

f Vltimò. vide Alex. consil. ccv. in vlti. col. in. ij. vol.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Iuramentum potest deferri super omni re.*
1 *Iuramētum cui defertur, potest petere tempus ad deliberandum.*
3 *Iuramentum de quo in hoc titulo, est iuramentum ueritatis, non credulitatis.*
4 *Iuraturus de calumnia potest petere tēpus ad deliberandū.*
5 *Defensor ciuitatis potest iuramentum deferre.*
6 *Defensor municipij quando æquiparetur tutori uel procuratori?*
7 *Procurator, uel defensor quòd iuramentum decisiuum subire non cogitur.*
8 *Procurator cogitur subire iuramentum in respondendo positionibus & interrogationibus.*
9 *Iuramentum calumniæ hodie potest omitti, non remitti.*
10 *Iuratur hodie semel de calumnia in his quæ emergunt post litem contestatam.*
11 *Iuramentum calumniæ remittitur parenti & patrono.*
12 *Iudex format punctum, quando inter partes, est discordia.*
13 *Actionibus turpibus motis, quando ille cui defertur iuramētum scit ueritatem: quòd tunc non posit illud deferre.*
14 *Iuramentum, quòd ratione diuersitatis personarum potest in aliam formam deferri, quàm sit delatum.*
15 *Reum, si soluerit, uel iurauerit, à iudicij obseruatione absolui: qualiter intelligendum sit?*
16 *Cautela, ad euitandam, ex condemnatione, infamiam.*

LEX XXXIIII.

1 IVsiurandum. De omni re potest iusiurandum deferri: & ille cui defertur ex causa, potest petere tempus ad deliberandum. hoc dicit. ¶ Not. quod iuramentum de quo tractatur in hoc titu. est iuramentum veritatis, non credulitatis, vt hic patet. Licet enim quis putet quem decessisse, & sic habet credulitatem suam: tamen non cogitur ad iurandum, donec certificetur de veritate. ¶ Contrà. C. de iura. calum. l. ij. §. quod obseruari. vbi cogitur quis iurare de eo quod putat & & credit. dicit gl. ibi loquitur de iuramento calumniæ: hic de iuramento veritatis. & verum dicit: tamē 4 †etiam in iuramento calumniæ potest quis petere tempus ad deliberandum, vt no. in. d. §. quod obseruari. Ratio, quia potest esse: quòd nō habet credulitatem firmam, sed titubat: nec inclinat animū suum magis ad credendū sic, quàm non: vt no. j. de iuris & fac. igno. super rubrica. & in. l. de statu. ff. de testib. & probatur. §. de inter. act. l. qui interrogatur. iuncti. not. per gloss. in. l. j. in princip. in verbo, damni, eo. tit. ¶ Oppo. de. l. non erit. in fi. §. eodem. Sol. hic statim acceptauit. vnde ex causa potest iurare ex interuallo: ibi non acceptauit statim, vt dixi suprà. l. proxima.

e

f

Universidad de Deusto Biblioteca

Defensor. Defensor ciuitatis pōt deferre iuramētū, si ei est mandatū. h.

a d. ¶ Quæro, vtrū defensor municipij æquparet tutori, an ꝓcuratori, in gl. sunt opi. Doc. dicūt, aut talis defensor habet mandatū ab vniuersitate: & tūc erit legitimꝰ administrator, & æquiparabit tutori: qa administratione geritꝫ legitimā. l. j. circa prin. & l. munerū. in prin. & §. defensores. j. de mu. & ho. facit. C. de trāslac. l. pses. Aut habet mādatū ab his, q regūt rem

6 publicā: & tūc æquparabit ꝓcuratori: vt. l. itē eorum §. actor. §. quòd cuiusꝫ vniuer. no. quod satis placet.

Procurator. Procurator vel defensor iurare non cogit. h. d. Opff. de procu. l. nō solū. in prin. Sol. quoddā† est iuramentū decisiuū totius litis, vel etiā partis: & hoc subire nō cogit, ꝓcurator vel defensor: vt hic. sed si nō esset decisiuū: vt iuramentū† per quod rndet positionibus vel interrogationibus: in quibus licet procurator vel defensor neget: adhuc pōt ꝓbari cōtrariū: &

7 illud cogeret subire & rndere: vt. l. cōtraria. ¶ Opqa secūdum hoc fit deterior conditio actoris paduē tum procuratoris. cōtra. l. ij. §. defendi. j. ex quibus cau. in pos. eatur. Sol. nō fit deterior, qa si reus est absens, vel cogeretur venire, vel ad eum mittitur iuramentū: vt. C. eo. l. generaliter. §. his de præsentibus.

tota datio videatur insolutum, vt hic: licet sit locus retentioni. ¶ Opponitur & videtur quòd non debitum non ꝓsit retineri propter debitum[a], vt. l. vlt. C. commo. Breuiter, docto. sic distinguunt, aut res quæ est apud me est mihi obligata pro aliquo debito, & possum pro alio debito retinere, vt. C. etiã ob chirographa. pec. l. j. Aut non est mihi obligata, & tunc aut volo eam retinere propter expensas factas: vel aliud debitum contractum propter vtilitatem ipsius rei, & possum retinere, vt. l. in rebus. §. possunt. j. commo. &. l. Paulus. j. de doli exceptio. &. l. si in area. j. eo. & de acquir. re.

6 domi. l. qua ratione. §. literæ. Et sic ꝓscriptor merito potest retinere quinternos, quia retinet pro melioratione facta circa rem retentam, & sic intelligo de quinterno, in quo scribit. Aut volo retinere propter aliud debitũ, & tunc aut illa res peruenit ad me occasione illius debiti, & possum retinere. vt hic, &. l. eleganter. §. qui reprobos. j. de pign. actio. l. si, cum aurum. j. de sol. Aut non peruenit ad me dicta occasione, & tunc non potero retinere, vt. l. fi. C. commo. & ibi per doc. &. C. in quibus cau. pign. ta. contra. l. si non indu&ta. Et sic apparet, quòd ꝓscriptor non potest retinere quinternũ exemplaris, propter debitum &c.

Adeo. ¶ Tutus exceptione perpetua, per errorẽ soluens, repetit. h. d. ¶ Opp. de. l. si quis reum. j. de lib. leg. Solut. ibi fuit libe

b ratio⁹ legata ad tempus, hic in perpetuum. ¶ † Quæro nunquid debitor,

9 cui relicta est liberatio sit interim naturaliter obligatus? gl. dicit quòd sic. vide gl. quamuis Azo videatur notare contrarium in summa huius ti. Potes dicere, quòd hic loquitur quando testator damnabit hæredem, quòd liberet dictum debitorem. Azo loquitur quando ipse testator liberauit: licet inter hæc quo ad alia sit differentia, vt. l. j. &. ij. de li. leg. facit quod di xi in. l. Aurelio. §. Cains. j. de lib. leg.

Qui filio. ¶ Qui ignorãs mandatum reuocatũ soluit, liberatur: sciens, non liberatur, nec indebitum repetit. hoc dicit. Primum habuistis in. l. eius qui in prouincia. ŝ. fi cert. pet. Secundum examinaui in. l. si procuratori falso. ŝ. tit. ij. circa primam gl. ¶ Vltimò gl. hęc

10 inducit in argumentum ad quæstionem de† monacho fugitiuo, & syndico reuocato, qui accepit pecuniam mutuo, quod Abb. teneatur. certè gl. tenet quòd liberatur soluens fauore liberatiõis, vt. l. eius qui in prouincia.

11 & sic loquitur iste. §. An autem† procurator reuocatus possit obligare dominum, est recurrendum ad istam materiam, vtrum sit necesse, quòd reuocatio mandati perueniat ad notitiam debitoris seu aduersarij, habuisti in. l. si pecuniam. §. j. ŝ. titu. ij. & not. doct. in. l. mandatum. C. mandati. dicetur. in. l. procurator. aliàs si procurator. ŝ. de procu.

12 Si filius. ¶ † Non potest quis venire contra factum suum ad sui cõmodum, etiam ex persona alterius. h. d. de hoc habuistis

ctum. ŝ. si cert. pet. l. si filius. Glo. opponit, sed non soluit in glo. ibi. sed argumentum contra de adoptionibus. l. si pater. §. qui duos. dic sed hoc ideo est, quia venit contra factum suum &c.

Si quis quasi. ¶ Qui soluit indebitum scienter, ne incidat in aliud debitum putatiuum tanquam indebitum repetit. h. d. ¶ Quæro quæ erat hic ratio dubitandi? Respondeo. quia posito quòd sententia arbitri erat lata, tamen ex eã non est debitũ. vt. l. j. C. de arbi. & ideò videor soluere scienter indebitum, quia hoc facio ne incidam in aliud debitum. hoc est ĩ pœnam, ideò repeto tanquam indebitè solutũ. Est enim occasionaliter debitum, si in pœnam ĩcidere nolo. Facit quod di

c cam. j. eodem. l. is cui[c].

Hæredi. ¶ Ab hærede indebitum solutum in omnem euentum repetitur, sed si in quæstione de hæreditate succumbat, debitum & indebitum repetitur. hoc dicit. ¶ Opp. de tit. C. res inter alios acta alijs ꝓiudicare non debet. per totum. ergo sententia lata inter hæredem & euincentem, nullũ præiudicium debet facere inter hæredem & re petentem. Huius timore, hæc lex legitur duobus modis. ¶ Primo, vt totus. §. loquatur in hærede, & bonorum possessore putatiuo, & tunc cessat contrarium, quia repetitur, quia nõ est hæres. Alio modo: quòd loquatur in hæredevero, & tunc prima pars. §. quando obtinet. procedit clarè. ¶ Secundam partem quando succumbit, vbi dicitur, quòd repeti potest, intelligas quòd iudex debeat audire repetentem, & super hoc iudicio procede re. non tamen quòd sententia lata inter hæredem & euincentem, hic faciat

13 ius, sed iudex iudicabit secũdùm allegata & probata in nouo iudicio. † Tu dic verius: quòd imò in casu isto, sententia lata inter hæredem & euincentem, quorum principaliter intererat, habetur pro veritate, etiam quo ad alios, vt. C. de pet. hær. l. fi. &. l. Papinianus. §. meminisse. ŝ. de inofficioso testamen.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Naturalis obligatio, quòd impediat repetitionem indebiti. & nu. 7. & nu. 10.*
2 *Facta quòd non possunt repeti, repetitur tamen æstimatio. nu. 4.*
3 *Ex diuersitate personarum & factorum inducitur diuersitas factorum & operarum.*
5 *Natura condictionis indebiti est, ut quis teneatur in eo quo factus est locupletior.*
6 *Indebitum solutum ex una causa, quod potest retineri ex alia ex qua est debitum.*
8 *Officium dicitur illud quod quis sine doctrina facere scit, & ibi quæ sit officialis operâ. & nu. 28. & num. 22.*
9 *Artificiales operæ dicuntur quæ consistunt in artificio per doctrinam didiscito.*

a ¶ Debitum. An quis possit sibi prouidere per retentionem rei nõ debitę pro re debita? & qd de scriptore? & adde, q̃ regula dicẽs quẽ retẽtione vti nõ posse, fallit fauore dotis & mulieris tex. est not. secundùm intellectũ Bar. & doc. in. l. filię. in prin. j. fol. mat. & dixi ĩ. l. neq̃. C. de cõpẽ. Regula aũt dicens in casu suo, quẽ posse vti retentione, fallit, nisi talis res peruenerit & vitio vel de licto, vt ĩ. c. fin. de ord. cog. & ĩ. l. j. §. rediguñ. j. quor. leg. Et dũ hic dicitur, q̃ pp expẽsas & fifes, põt qs vti retẽtiõe. Adde q̃ fortiꝰ est, qa ẽt si posterior esset talis creditor præferꝫ priori hñtium ĩ pignore. tex. est no. in. l. iterdũ. cũ seq. j. q. po. in pig. ha. Itẽ adde, q̃ hñs quasi pignus in re põt vti retẽtiõe. l. Julian⁹. §. offerri. j. de ac. empt. &. l. hæreditatis. j. de hære. vel act. ven. Itẽ fallit dicta regula prolibitiua retẽtiõis ĩ casu val de no. in. l. j. C. ẽt obchirogra. pe. & ibi not. & dicit Bal. p illũ text. q̃ si moriatur scholaris, & in infirmitate vel in funere, expendi, possum eius libros retinere, nisi hęredes scholaris prius mihi soluãt. qd̃ no. & hoc dicit in. l. i restituenda. C. de pe. hære. & latè p eũ in. d. l. fi. C. cõmoda. & quodipse sing. no. in. l. pen. C. de pigno, ac. & in materia vide. l. fi. C. etiã ob chirogra. pecu. ĩ. l. p retẽtionẽ. C. de vsu. & p Bar. plenè & pleni⁹ q̃ hic in. l. fi nõ inducta. C. ĩ qb. cau. pig. ta. cõtraha. & Paul. de leaza. in. c. finẽ. de dolo & cõtu. ĩ. j. co. Alex. Addeq̃ quis posit vti retentione rei nõ debitę pro re debita Bald. consi. cclij. lib. iij.

¶ Liberatio. Vide quod not. Bal. ĩ. l. peremptorias. in pe. col. in versi. sed hic surgit qõ. C. sentent. rescin. non pos. Alexan.

¶ Is cui. Et quod no. ŝ. l. j. §. j. & Barto. in. l. is cui. j. de condi. inde. & in l. damus. j. eo. Alexander.

11 *Condictio indebiti, quòd præter partium propositum oriatur.*
12 *Si aliquis putans se obligatum in genere soluit aliquam speciem illius generis, quis repetat?*
13 *Operæ præstitæ quando repetantur, uel earum æstimatio?*
14 *Opera est diurnum officium, scilicet diei artificialis.*
15 *Operæ nocturnæ ad custodiendũ turrim, dicuntur operæ.*
16 *Operæ qualiter diuiduntur. & nu. 18. & nu. 21.*
17 *Obsequium, an sit opera?*
19 *Seruire uni domino in mensa, uel in camera, uel associare eum ad missam, est præstare operam officialem.*
20 *Opera fabrilis dicitur quæ fit zappando, uagando & arãdo.*
23 *Operæ obsequiales qualiter differant inter se, & in quo differant ab alijs operibus?*
24 *Operæ propriæ qualiter imponantur, qualiter differant, & in quibus conueniant?*
25 *Operæ officiales promissæ quæ concernunt personam eius cui exhibentur, quòd cedant cum inducuntur.*
26 *Operæ fabriles uel artificiales cedunt ꝙ die stipulationis,*
27 *Si stipulantur operæ fabriles uel artificiales loco non designato: quòd ualeat stipulatio, secus si stipuletur opus.*
28 *Promissio operarum in genere, quando dicatur de operis fabrilibus, & quando de obsequialibus?*
29 *Si fiat bannum quòd quilibet compareat armatus tali die in platea ad faciendum monstrum, quòd debet intelligi quòd ueniat armatus secundùm conditionem suæ personæ.*
30 *Si conduxisti seruitorem ad tibi seruiendum certo pretio, quando possis illum alteri concedere eo inuito?*
31 *Libertus quas operas præstet patrono, suo sumptu, & quas non?*
32 *Si conducuntur operæ alicuius, quando intelligatur quòd præstentur sumptu locantis uel conducentis?*
33 *Quæ operæ transeant ad hæredem hæredis, & etiam ad extraneos? & nu. 36.*
34 *Emphyteusis accepta pro se & filijs, quando transit ad filios ut filios non ut hæredes, & sic non pro hæreditate vijs portionibus.*
35 *Si quis est stipulatus sibi & filijs, quòd intelligitur ordine successiuo.*

Libertus. Iste. §. conuenit reputari difficilis, quia habet materiam scholaribus extraneam, scilicet materiam de ope. libe. tamẽ in veritate est multum vtilis, & hoc dicit. ¶ Si libertus operas officiales indebitè præstat, non repetit. Idem si earum æstimationem nec in eis potest alij delegari. sed si delegatus præstiterit non repetet. si verò fabriles indebitè præstiterit, non repetet eas, sed earum æstimationem, & in eis libertus poterit delegari. h. d. ¶ Primò, loquitur in operis officialibus, secundò in fabrilibus. tertiò redit ad officiales, & immiscuit aliquid de fabrilibus. Secunda ibi, sed & sĩ delegatus. ¶ Ad euidẽtiã nostri. §. est premittẽdum, quę dicantur operę officiales, & quę fabriles? quod. j. dicam in prosecutione materię. Vides ergo quòd coniuncta prima parte cum tertia, in operis officialibus habes quatuor dicta quę cõtinentur in prima parte summarij, quorum duo sunt in prima parte, & duo in tertia parte. ¶ In operis verò fabrilib⁹ b

b habes tria dicta, quorum duo continentur in secun

1 da parte: aliud in tertia. ¶ No. primò quòd† naturalis obligatio impedit repetitionem indebiti, vt hic, &. l. naturaliter. ŝ. eo. de alia tamen naturali loquitur

2 hic, vt. j. dicam. ¶ † Secundò nota, quòd facta non possunt repeti, vt hic, &. j. de prę scr. ver. l. penultim.

3 ¶ † Tertiò nota, quòd ex diuersitate personarum, c vel temporum, inducitur diuersitas factorum & ope

4 rarum. ¶ † Quartò not. quòd licet facta non repetã

5 tur: repetitur tamen æstimatio. ¶ † Quintò not. q̃ natura condictionis indebiti est, vt ille cui facta est solutio, teneatur in eo quo factus est locupletior.

¶ Venio ad apparatũ, & opp. quia illud qd̃ est na

Universidad de Navarra Biblioteca

turaliter debitum solutum facti errore, repetitur: vt C. de iur. & fact. igno. l. cum quis. ad legem falcid. l. error. ergo hic eodem modo debet distingui. Solu. dicit glo. intelligas hoc principium in operis obsequialibus ad quas libert⁹ naturaliter tenetur. & ista naturalis est redacta ad præstandum necessitatem, potest enim libertus cogi per officium iudicis: vt. §. de offi. præse. vrb. l. j. §. cum patron⁹. & ita dicit gl. ¶ Sed contra hoc opp. de tex. qui dicit. libertus cū se putaret. si enim vere teneret, ad quid diceret tex. putaret? So. dicit glo. putabat se teneri ex promissione, sed nō tenebatur, sed naturaliter ad hoc erat obligatus. vt dictum est. hæc dicuntur in prin. gl. ¶ Sed contra hoc oppo. Nā de iure naturali, omnes liberi nascebantur: ergo de iure naturali, libertus non tenetur patrono. Solu. dicit glo. intellige hic natura. i. ratione insita de iure naturali quæ est, vt benefacienti bus benefaciamus. vel dic natura. i. iure gentiū. Certè istæ duæ solutiões sunt idē. nam eo ipso quod facit mentionem de naturali ratione, oportet q̄ tu referas ad hominem tantùm, cum animalia bruta careāt ratione, vt. l. j. §. si qua. pau. se di. & ideò nō pōt intelligi de iure naturali, quod est commune omnibus animalibus, & quòd vbicunq; dicitur obligatio naturalis, debeat intelligi. i. de iure gentium. probat̄ in l. cum amplius. §. j. j. de reg. iur. no. in. l. stichum. §. naturalis. j. de sol. & ita expedit se glo. de prima parte huius. §. ¶ Secundum quam lectu. not. duo, scilicet,

6 quòd † quando soluitur ex vna causa ex qua est inde bitum, potest retineri ex alia ex qua est debitum. facit. l. cum in corpus. j. de acqui. re. do. ¶ Secundò no.

7 † quòd naturalis obligatio quæ est redacta ad præstandum necessitatem, impedit repetitionem indebiti. Sed doct. nostris vltramon. ista lec. nō placet, q̄ hīc loquatur de operis obsequialibus, quia illæ ꝓ priè non sunt operæ: vt. j. dicā: sed intelligunt ipsi. §. de officialibus operis proprie: hoc est de illis operis quæ consistunt in officio, † quod quilibet scit facere sine doctrina[a]. illud em dicitur officium, vt. l. legatis seruis. §. si ex officio. j. de leg. iij. secundùm Gul.

a ¶ Doctrina. quid sit officiū, & arti ficiū, & quot modis sumatur officium, vide Bald. in rubr. C. de ope. libe. Alex.

8 ¶ Artificiales † dicuntur, quæ consistunt in artificio didiscito per doctrinā: vt. d. §. si ex officio. & de his loquitur secunda pars huius. §. ¶ Mihi verò placet, quòd principium istud non loquatur in operis obsequialibus. nam cum sint debitę, & pōt libertus ad eas cogi, non facit ad materiam condictionis indebiti. Item placet quòd principium loquatur in operis officialibus, vt tex. exprimit tamen intelligo officia les, aliter quàm vltramon. s. operas quæ concernunt personam operantis, & eius cui editur, seu operatur vt. l. operæ in rerum. j. de ope. liber. vbi tex. hoc exprimit: vt. j. dicam. Istæ quidem officiales non debētur. si non imponantur, vt. j. videbitis. nec potest libertus ad earum prestationem cogi. In illis ergo ponendus est casus in hoc principio. ¶ Contra quā

10 lecturam opponi. naturalis obligatio † , vt beneficiē ti benefacias, non impedit repetitionem indebiti: vt. l. ex hoc iure gentium. §. de iustit. & iure. & l. sed & si lege. §. consuluit. de peti. hæredi. hīc verò dicitur contrarium: ergo malè. Sol. ista naturalis obligatio, vt benefacienti benefaciamus, in liberto respicit certam speciem obligationis, hoc est, vt ei seruiā & ei operer circa personam suam. Isto casu: si illud ad quod contracta est obligatio, soluatur: non potest repeti, vt in principio huius. §. Si verò eidem soluam aliud indebitè: vt operas fabriles quæ respiciunt patrimonium, & non personam, licet ei sim obligatus naturaliter in genere benefacere, non tamen impedior repetere illud indebitè solutum: vt hic. & ita debet intelligi glossa in dicta. l. ex hoc iure. & ibi plenè dicam. dixi etiam in. l. si testamento. §. primo. infrà. de fideiusso. ¶ Contra hoc oppo. de l. cum quis. & l. error. C. ad legem falcidiam. Sol. vltramon. reprehendunt glossam in eo quod dicit, quòd ibi loquatur de naturali debito, & ideò leges non obstant, sed ego tenui glo. in dicta. l. cum quis. & l. prima. suprà eod. & ideò dic, quòd hæc. l. debet distingui secundùm illas. de ista tamen naturali obligatione, plenius videbitis in dicta. l. ex hoc iure gentium. ¶ Venio ad secundam partem. Ista secunda pars est multùm subtilis: & glo. intelligit hīc, in operis fabrilibus incertis: & opp. quòd diuersorum hominum operæ dicantur eædem, vt l. nemo est qui nesciat. j. de duobus reis. Solu. dicit glo. quòd sunt eædem in genere, nō in specie, vel verius, nō sunt eædē verè, vt hic: sed iuris fictione. sic quandoq;, vt ibi. Quod quando sit. j. dicā. ¶ Item oppo. illud idem quod soluitur, debet repeti, vt. l. quod indebitum. §. eodem. sed hic dicitur æstimationem repetendam: quare malè so. lex, quòd indebitum loquitur quando solutum extat: sed hic statim cum opera soluitur, extinguitur: ergo &c. Hoc non videtur verum: quia saltem fictione iuris dicitur extare præstando operam similem: vt. d. l. nemo est, qui nesciat. Huius timore, Io. in glo. posita super verbo, operæ. dicit istum. §. debere intelligi in operis incertis: & sic non potest dici, quòd reddantur aliæ similes, propter earum incertitudinem. ¶ Sed contra hoc oppo. de tex. qui dicit, veluti pictorias &c. Et sic loquitur de certis. Solut. dicit glossella parua ibi, quòd illud veluti, est exemplificatiuum præstationis, non obligationis. Item contra dictum Io. oppon. Condictio indebiti datur respectu eius quod est solutū: sed opera, quæ iam soluta est, semper est certa: ergo alia similis illi solutę potest cōdici. Solu. dicit glo. illam potestatē debet habere recipiens in reddendo, quam habuit soluens in soluendo, secundùm ista iura: vt. l. planè. §. eo. sed soluens qui credebat se teneri ad operas incertas, habebat potestatem soluendi eam quam volebat: eodem modo patronus recipiens posset reddere quam vellet: & sic contingeret quòd redderet in alio genere quàm solutū est. Ne ergo perueniatur ad illud absurdum, repetitur æstimatio. ita loquitur hīc. Istud non est verum: nam licet quis soluat respectu obligationis generis: tamen idipsum quod est solutum repetitur: vt. l. cum is. in fin. j. eod. sed hic ideò non repetitur: quia non extat: vt hic dicit tex. Nec obstat si dicis, quòd fictione iuris dicuntur extare, si reddantur aliæ similes: vt dicta. l. nemo est, qui nesciat. quia illi fictioni est locus, duobus concurrentibus: scilicet, quòd sit actum inter partes, & quòd homines sint eiusdē peritiæ, vt ibi patet: quia hīc nō cōcurrunt. † Nam condictio indebiti præter propositum partiū oritur: ideò hīc non habet locum illa fictio. Ita tenet Iaco. But. & ita tibi dixi in. d. l. nemo. & ideò non curo vtrum libertus putaret se obligatum ad operas certas, vel incertas: idem enim iuris est quantum ad hoc. ¶ † Quando ergo aliquis putans se obligatum in genere, soluit aliquā speciem illius generis, quid possit repetere? dic, aut solutio est facta in his, quæ in suo genere recipiūt functionem: & repetet tantundem, vt. §. eodem. l. quod indebitū. Aut in his, quæ non recipiunt functionem in suo genere: & tunc, aut loquimur in his, quæ per solutionem extinguntur: & tunc illud solutum non poterit repeti: sed eius æstimatio, quatenus recipiendo factus est locupletior, vt hic. Aut in his, quæ non extinguntur: & tunc si quidem extat, idipsum repetitur: vt. l. cum is. j. eo. si non extat, non repetitur: nisi recipiens esset factus locupletior: vt. d. l. cum is. j. eod. ¶ Item opp. quòd

13 ipsæ operæ repetantur, vt. l. fina. de ope. seruo. Solu. dicit glo. † ibi petūtur operę, hoc est, æstimatio operarū. ita dicit glo. hic super verbo, potest.

b ¶ Tu dicas, quandoq; operæ petuntur simpliciter[b], non respectiuè ad alias operas iam præstitas, vel præstandas: & ipsæ operæ possunt peti, sicut cætera facta: sed post moram succedit obligatio ad interesse: vt. l. in stipulationibus. §. operarū. j. de verb. obli. & l. fin. de ope. seruo. Quādoq; petuntur respectiuè ad alias operas: & tunc si quidem hoc fit ex conuentione: ipsæ operæ possunt peti duobus modis cōcurrētibus: scilicet quòd ex cōuētione fiat, vt dictū est: & sit similitudo peritiæ. vt. d. l. nemo. Si verò nō fiat ex conuentione, sed in obligationē icidamus præter propositū: tunc nō possunt peti operæ, sed æstimatio, vt hic. Sumus expediti de his quæ pertinent ad. §. ¶ Veniamus ad glos. magnam, quæ tractat materiam

14 de operis libertorū. Primò † quæro, quid sit opera[c]? Respōdeo, est diurnū

c officium: vt lege prima. j. de ope. libe. & intellige diurnum: scilicet diei artificialis, vt. l. secunda. de ann. leg. & de verborum significatio. l. secunda.

15 ¶ Iuxta hoc quæro, quid si aliquis † debet operas nocturnas. idest custodire turrim de nocte, an dicantur operæ? puto quòd sic: vt. l. duorum. j. de oper. lib. & arg. de aqua pluuia. arcen. l. si prius. in prin. ¶ Quæro. vtrū obsequium sit operæ? Respōde vt dicam infrà proximē. ¶ Secūdò princi-

16 paliter quęro † qualiter operę diuiduntur[d]? Respondeo secundùm Azo. in

d sum. de ope. lib. & hīc in gl. quòd triplex est operarum diuisio, quia alię obsequiales, alię fabriles, alię artificiales. obsequiales consistunt in reuerē tia fabriles incertę, & artificiales certę. dicit gl. Iac. de ra. & Pet. in repetitione huius. §. & Cy. sequendo eos in. l. liberti liberteq;. C. de operis libert.

17 reprobant istam diuisionem. Nam nō placet eis † quòd obsequium sit opera, nam opera est diurnum officium, vt dictum est. † sed obsequium non consistit in diurno officio, ergo &c. Prætereà. distincti sunt tractatus, & distincti tituli de obsequijs liber. & de operis libertorum, ergo non debet idem dici. vt. l. si idem. C. de condi. Certè glo. & Azo. hoc idem dicūt, quòd obsequiales impropriè dicuntur operę. vt infrà sequitur in glo. dein de dicunt prędicti Iaco. & Pet. quòd differentia prędicta scilicet fabriles incertę, & artificiales certę, non est vera, quia nulla est lex in mundo, quę hoc dicat, nisi iste. §. intelligendo prout glossa. intelligit qui intellectus nō est, verus, vt dictum est. Certè Azo in summa dicit, quòd illa appellatio fabrilis non est iuris: sed ipse hoc nomine appellat gratia doctrinę. Dicunt ergo prędicti doctores vltramontani, quòd est duplex operarum diuisio: alia officialis, alia artificialis. Officialis quę exercetur per artē hominis habitam

habitā sine doctrina, artificialis verò, quæ exercetur per artem hoīs habitam per doctrinā, vt. l. legatis. §. si ex officio. j. de leg. iij. & hoc modo solūt cōtrarietatē multarū legū, & sic intelligunt istū. §. ¶ Mihi verò videt

18 † q̄ in ista materia ipsi nō bene loquūtur. [a] nā operæ officiales, intelligēdo

a prout ipsi dicunt, in vagando & zappando & similia, q̄ quilibet scit facere sine doctrina, possunt edi alteri, sicut patrono, & libertus in eis posset delegari, quia mutatione personæ non vident aliæ, vt. l. operæ in rerum. j. de ope. liber. ergo hoc modo nō pōt intelligi iste. §. dico ergo q̄ iurisconsulti

19 appellant operas officiales quæ cōcernunt † personā edētis, & eius cui edū tur. & sic ex varietate personæ variantur operæ. Verbi gratia, seruire vni dño in mēsa, in camera, associare eū per terram, istæ dicunt operæ officiales, quę variantur varietate personę. Aliud enim seruitiū requirit vna persona, aliud alia, vt. d. l. operæ. j. de ope. lib. & l. hæ demū operæ. in fi. eo. ti.

20 Sed si ponerem⁹ † aliquē esse zappatorem, vel bubulcum, vel aliquid aliud scire quod personā eius cui exhibetur non concernat. tunc non dicuntur opæ officiales, prout in hac materia sumitur, sed magis dicunt operæ fabriles, quæ cuicunq; exhibeantur, eædē sunt respectu exhibentis, vt. d. l. operæ. in fi. licet alio respectu dictæ operæ possint dici officiales, vt dicunt doct. vltramon. tamen dico non in ista materia. ¶ Itē diuisio glo. nostrarū non placet. cum enim habemus vocabula diuisionis à lege, nō est necessē, ꝓ nomina magistraliter imponamus: vt. j. de præscrip. ver. l. ij. Dico ergo

21 fic, † q̄ operarum quadruplex est species, quædā sunt obsequiales, & istæ non dicuntur operæ, vt dictum est. Quædam sunt officiales, quæ respiciunt personam eius cui eduntur, & mutatione personæ dicent alię. Aliæ sunt operæ fabriles, seu artificiales certę. Et appello fabriles, quas homines sciunt facere sine doctrina, artificiales, quas sciunt facere homines ex doctrina & artificio, & istæ mutatione personæ eius, cui adhibentur, non diuersificantur: vt. d. l. operæ in rerum. & l. seq. & in hoc. §. in fin. Quarta est opera incerta vt quando patronus ita obscurè stipulatur, quòd non appa-

22 ret vtrum senserit de officialibus fabrilibus, vel artificialibus, & de his. j:

b videmus. ¶ Redeo † ad primum. scilicet ad operas obsequiales, & quæro, in quo consistant[b]. glo. hic dicit, q̄ obsequiales consistunt in assurgendo & similibus. Azo verò in summa dicit, q̄ consistunt in assurgendo, salutando,

c reuerendo, eius q̄ negotia gerendo. [c] Hoc vltimum, quod dicit de negotijs gerendis, pōt esse verum, si cō mittatur vnū negotium, quod nō habet officium[d] vnius diei. vt mittere libertum p̄ ambasiata ad domū cuiusdā amici. Sed si gestio negotij requireret officium diurnū, tūc esset magis opera fabrilis, vel artificialis, vt. l. hæ demum. de oper. lib. ¶ Item dicit gl. hic, q̄ istæ operæ obsequiales cōsistunt in non faciendo, vt de nō vocando in ius

23 de nō testificando cōtra patronum, de nō accusando, vt. l. ij. de in ius voc. & l. pe. & l. fi. qui acc. nō pos. & j. de testi. l. lege iul. ¶ † Secundò est viden

d dū, in quo differāt istæ operæ inter se. f. obsequiales, & in quo cōueniūt. differunt, quia hæ quæ cōsistūt in faciendo nō transeūt ad hæredē[e] extraneum, vt. l. ij. C. de in ius vocā. sed ad filium sic etiam exhæredatum, nō mala mente. Sed hæ quæ consistunt in non faciendo, transeunt ad hæredem extraneū, vt. d. l. ij. C. de in ius voc. ita dicit gl. hic & Azo in summa. Certè in eo quod distinctè dicit, q̄ hæ quæ cōsistūt in non faciendo, transeunt in extraneum hæredem, nō placet, quia hoc est verum de non vocādo in ius sine venia: sed in alijs de non accusando, vel non testificando, seu actionem famosam non proponendo, ista nō transeūt ad hæredem extraneum, sed possunt prędicta cōtra eū proponi, vbi originē nō trahunt à facto defuncti patroni: vt. j. de doli excep. l. apud celsum. §. aduersus. ¶ Tertiò est videndū. in quo differūt istæ operæ ab alijs, & differunt, quia nō sunt ꝓpriè operę, vt dictum est. Item debentur sine impositiōe, quod est in alijs sec⁹,

24 vt. j. dicetur. & ita dicit gl. hic. ¶ † Quartò est videndū de alijs operis quæ

e propriè sunt operæ, videlicet qualiter imponantur, & qualiter differūt, & in quibus conueniunt, & certè oēs operæ imponuntur per stipulationem vel per iusiurandum præstitum à liberto, vt. j. de lib. causa. l. fin. & de ope. lib. l. vt iurisiurādi. §. iurare. ibi qualescūq; &c. & hoc dicit gl. & bñ. ¶ Dein de est videndum, in quibus differūt. & gl. hīc & Azo no. sex differentias. ¶ Prima est, nā certæ operæ statim veniunt & cedunt, cū posint præstari: cedunt tñ à die stip;lationis, incertæ nō, nisi indicantur. i. petantur à patrono. V træq; tamen petuntur tunc demum, cū tantum tempus transierit quo præstari potuerint, vt. j. de ope. li. j. quoties certæ. l. cū patronus. & l. operæ in rerū. sed hoc nō placet Iac. de are. & Pe. quos Cy. refert i. l. liberti liberteq;. C. de ope. libe. quia dicta differētia, an certæ vel incertæ nō, ꝓbat̄ iure secundùm eos, sed differētia debet notari inter opas officiales & artificiales, accipiēdo officiales pro his quæ cōsistūt in aliquo actu quæsito, seu q̄ scitur sine doctrina: vt. s. dixi. Sed hoc mihi nō placet vt dixi, nec etiā

25 dictū gl. placet vsquequaq;. Dicēdū est † ergo, q̄ operæ officiales quæ concernūt personā eius, cui exhibentur, vt. s. dixi, cedāt cū indicunt. Absurdum enim est, q̄ tu faceres personæ meæ seruitiū, nisi q̄n vellē. vt. l. cū patronus.

26 in princi. de oper. lib. & l. operæ in rerum. ec⁹i. † Fabriles verò seu artificiales, quæ nō cōcernūt certā personā, cedūt à die stipulatiōis, vt. d. l. quoties certæ. & l. operæ in rerū. & j. de ver. ob. l. interdū. §. j. ¶ Sed hīc est aduertē dū: quia quandoq; operæ promittuntur omnino certæ omni certitudine, tam ex parte operarum, quàm ex parte loci in quo debet fieri operatio: vtputa promitto tibi decē operas zappatorias in tali vinea, vel in tali campo, tunc debet intelligi quod dixi, q̄ cedunt à die stipulatiōis. Sed si essent incertæ ratione loci: vtputa, promitto tibi. x. operas zappatorias: nec dico

h q̄ exp;sè hoc probat. Et prędicta faciūt ad q̄nē[h].

vbi, tunc illud quod dicitur per glo. quòd cedunt à die stipulationis, pro tanto dicit, quòd non est necessarium peti à patrono, sed tamen est necesse, quòd ipsi liberto demonstret loc⁹ in quo debeat zappare, a aliàs non tenetur, vt. l. multum. in princ. j. de condi.

27 & demon. ¶ † Dicetis vos, quando locus certus non

c designatur: tunc stipulatio erit ipso iure nulla: [c] vt. l. iij. §. fi quis insulam. j. de eo quod cert. lo. & l. qui in sulam. de ver. obl. Respondeo. differētia est, vtrum quis stipuletur operas, vel opus. Nam si stipuletur b opus, certum est quòd de sui natura cohæreat solo: aliàs non valet nō adiecto loco, vt in legib⁹ cōtrarijs. Sed si quis stipuletur operas referendo se ad actum personæ: tunc valet, etiā non adiecto loco, vt in multis legibus. s. alleg. & hoc tenui in. l. ita stipulatus. in

28 prin. in. v. opp. j. partis. j. de ver. obliga. † Quandoq; quis stipulatur operas simpliciter, nō distīcto vtrū c sint officiales, an fabriles, vel quæ: isto casu, quicqd gl. dicat debemus respicere personam promittentē operas. si enim promissor exerceret aliquod artificium tempore promissionis, intelligemus de operis artificialibus, idem & de fabrilibus iudicabimus. Si verò libertus nullas alias operas exercere sciebat nisi officiales, vt sunt multi domicelli, qui nesciunt aliud facere, quàm famulari, tunc tanquàm de officialibus, siue obsequialibus iudicabim⁹. hīc est tex. expressus in. l. hæ operæ. in princip. & l. hæ demū. de ope. libe. ¶ Sed quid si vtrunq; sciebat facere: & d C. de neg. ge. Ale. erat consuetus facere? dico inspicimus id in quo magis versabatur tempore quo operæ debebant præstari: non tamen facta fuit promissio: vt. d. l. hæ demum. & l. eius artificij. eod. tit. & l. legatis seruis. §.

29 si vnus. j. de lega. iij. ¶ † Et prædicta faciunt, q̄ si sta-

f tutum est factū seu prœconium, sq̄ quilibet debeat e comparere armatus publicè tali die ad faciendū mō strum, debet intelligi armatus, secundùm conditionem personę: vtputa, miles vt miles, pedes vt pedes: & hoc cum distinctione, quia balistarius cū balista, & sic de similibus, & sic secundùm qualitatem illi⁹ exercitij armorum in quo versatur, debet esse armatus, aliàs secūdùm qualitatē hoīm eiusdē qualitatis vel cōditionis. facit. l. plenū. §. equitij. s. de vsu & habit. ¶ Secūda est dīa secūdùm gl. i solutiōe. Certæ

g em aliq; solui possunt[g], incertæ nō, vt. d. l. operæ ī rerum. In duob⁹ tñ casib⁹ fallit, in q̄b⁹ etiā incertæ solūtur aliq;, volente patrono. Prim⁹, si patronus non pōt aliter vti operis. ¶ Secūdus, si est inops: vt. l. patronus qui operas. & l. si libertus artē. j. de ope. lib. Vltramontani nō admittunt dictā differētiā inter certas & incertas: sed inter officiales & artificiales, intelligendo officiales, quādo dictū exercitiū est q̄situm sine doctrina, secūdùm eos. ¶ Tu dic, quod officiales hæ sunt quæ cōcernūt officiū exhibitū personæ, & nō pōt aliq; solui nisi in duobus casibus no. p gl. ¶ Artificiales verò seu fabriles possunt aliq; solui, vt in gl. Incertæ verò iudicantur q̄nq; officiales, quādoq; artificiales secundùm conditionē, pmittētis. vt dictū est, & eodē mō quo ad solutionē, vt. d. l. operæ in prin. j. de ope. lib. ¶ Tertia dīa est secū dum gl. in adiectione personārū factā in stipone: certas em mihi aut Titio, ĩcertas aut tm mihi stipulor. Itē certas pōt seruus mihi, vel sibi, vel simpliciter f stipulari: incertas verò mihi, vel simpliciter nō sibi, vt. j. de ope. liber. l. operæ in rerum. cum. l. sequen. ¶ Vltramon. hoc nō patiuntur inter certas & incertas, sed inter artificiales & obsequiales, vt dictum est g secundùm eos. Tu verò dicas, q̄ officiales quæ concernūt personā ei⁹ cui edunt, nō pōt q̄s stipulari sibi aut Titio, vt valeat adiectio, vt p solutionē factā adiecto libere ipso iure. fateor tñ q̄ liber. ret ope exceptiōis. l. fi. in prin. alios est ī. §. cū mihi. j. de ver. ob. & l. si id quod. de duo. reis. & q̄ liberat̄ ope exceptiō. s tangunt doc. in. d. l. liberti libertę. C. de ope. lib. ¶ Itē seru⁹ nō pōt eas stipulari sibi, sed dño vel simpliciter, sec⁹ in opis fabrilibus, seu artificiali h bus, vt. d. l. operæ in rerū cū. l. seq. q̄ hoc expresse, pbat. Operę verò incertæ quantū ad prædicta, iudicā tur q̄nq; vt officiales: q̄nq; vt artificiales, seu fabriles secundùm qualitatem promittētis. vt. d. l. hæ operę. quę exp;sè hoc probat. Et prędicta faciūt ad q̄nē[h].

¶ Loquunt, quæ sunt operę officiales p Bal. ī. l. liberti libertę. in. iiij. col. C. de ope. lib. Alex.

¶ Cōsistāt. Opę obsequales in quo cōsistāt. vide per Bal. in. l. liberti. in iiij. col. C. de oper. lib. & in. iij. colū. Alexander.

¶ Negotia geren do. & Bal. ī. l. liberti. in. iiij. col. dicit q̄ si libert⁹ ibi ꝓcurat negotia patroni, nō pōt petere mercedē, & vt tenere, q̄sit ob sequialis opa. & vide de tex. i. l. officio. C. de neg. ge. Ale.

¶ Hæredem. Vide. Bal. in. l. fi. circa fi. co. vl. de ver. ob. & Bal. i. l. liberti liberteq;. de op. lib. & j. in vlt. col.

¶ Nulla. Potest q̄s stipulari opas sine adiectiōe loci. & vide Bart. in d. §. si q̄s insulam. sed Bal. aliter loqtur in. l. liberti. in vj. col. de oper. libert. Alexander.

¶ Et tu adde ad Bart. hīc, & vide do. Maria. Soc. i. c. delicti. de fo. compe. vbi, q̄ q̄n promittit factū solo cohærēs, tūc vltra expressionē loci, requiritur etiā q̄ exprimat quātitas altitudinis, lōgitudinis, & latitudinis, secus si ꝓ mittat factū non cohærens solo. & alle. Barto. hic ita ipse ibi in. d. c. dilecti. ver. circa secundum.

¶ Præconiū. adde Bal. in. l. liberti, in vj. col. de ope. lib. Alexander.

¶ Solui possunt. vide. j. proxi. col. & Bal. in. l. liberti in. vj. col. de oper. lib. & quid sit dare operas certas & incertas? vide Bal. in. l. liberti. ī. v. colū. C. de ope. lib.

¶ Faciunt ad quę stionem. Sed Bar. & Imo. in. l. ij. in pi inci. solu. matr. in. q. an teneat facere quod tibi

prodest & mihi non nocet. videt tenere cõtrarium in ea cõbinatione dũ allegat .l. nec creditores. C. de noua. videlicet, q etiã scriptor non posit cogi scribere aliq̃ ibi. Item ad hoc quod not. in l. aquam, & ibi Bal. C. de fer. Pau. de ca. in d. l. ij. in prin. dicit q regula. l. j. C. de noua. Fallit in debitore operarum. Allegat istũ tex. in fi. & idem dicit ipse hic nisi incõmodũ esset opas præstare debẽti. p. d. l. ij. in princ. & hoc placet, & vide per Angel. & Imo. in l. i stipulationib⁹. §. operarũ. de ver. ob. p Bald. in l. ij. C. de do. & hic ad de quę no. Bar. in l. si isq. §. fi. j. de pigno. vide. ſ. in pro xi. col. in ver⁹. sed differentia est. & Bal. in. l. j. ad fi. C. de ope. lib. & in. l. liberti. in. vj. colũ. eo. tit. & dixi. ſ., p ximè. Alexan.

¶ Adde Alexan. hic eadem dicere in. d. l. in stipulationibus.

a ¶ Operas alicui⁹. Si quis locat operas suas, an intelligatur q debeat alimentari à cõducẽte, sed q conducẽs debet alimentare, tenet gl. in. l. qm̃. C. de test. sed Bald. ibi tenet, q nõ debent alimẽta, nisi vniuersalis cõsuetudo esset i cotrariũ. & ibi ẽt g l. & Bal. qd si laborator meus rũpit sua ferramenta in laborerio, q nõ teneor satisfacere. & hic adde Bal. in. l. liberti li. b bertęę. in. vj. col. C. de ope. libe. An aũt vasall⁹ debeat sequi dom̃ suis sumptibus? vide Bar. in. l. meuia. §. j. de annuis lega. Et an teneantur operarij portare sua ferramenta? vide Ange. & Imo. in. l. stipulationes commodissimũ. de verbo. obliga. & Bal. in. l. j. C. de

Si † tu cõduxisti operas cuiusdã seruitoris, an possis illum seruitorẽ alij cõcedere eo inuito? vel actionẽ alteri cedere, quã aduersus eum habes? & certè si quidem promisit tibi seruitium quod cõcernit personã tuam, & tunc non poterit alij delegari. Si verò aliud promisit, puta scribere, & similia, & tunc poterit alteri delegari, vt hic. sed si, ꝓmisit tibi seruitium, vel operas simpliciter, dic præmissam promissionem iudicandam esse de operis officialibus, vel aliàs secũdum qualitatem personæ promittentis, vt dictum est, & secundùm hoc poterit alij delegari vel non delegari. Facit ad prædicta de fide. liber. l. is qui ex cã. & l. generaliter. §. quoties. Sic debet intelligi quod no. per doc. C. de noua. l. j. ¶ Quarta differentia est secundùm gl. quia certas debet libertus prestare victu & vestitu patroni: incertas, suo victu. vt. j. de ope. lib. l. suo victu. & l. aut certæ. & l. imponi. & l. pen. & sic. d. l. pen. intelligatur de operis certis tm̃: vt ibi no. & est in hac glo. Alij vt Iac. Bal. dicunt totũ ecõtra, vt certas præstet libertus suo victu, incertas victu patroni. Ratio, quia in operis certis põt sibi prouider e quid faciat, secus in incertis. ¶ Tertij dicunt quòd si libertus non habet vnde se alat, debet præstare sumptu patroni, aliàs sumptu suo. videtur. d. l. suo victu. & d. l. aut certæ. & istam opi. videt tene re gl. tertia in. d. l. suo victu. & Azo in summa. quod mihi placet. ¶ Quid ergo dicemus de alijs aliqs† cõducit operas alicuius, a vtrum intelligatur sumptu locãtis? aut sumptu conducentis? Respondeo. imò inspicienda est consuetudo regionum, quæ consuevit esse in conductione talium, & illa est seruanda, quia sic actum videtur, vt. l. excepto. & ibi not. C. loc. & de agricolis & censi. l. domini prædiorum. & ibi not. & de ædil. edic. l. quod si nolit. §. qui asidua & j. de aqua plu. arcen. l. si prius. §. j. Sed si cõsuetudo non apparet, tunc ille alimentabitur de pecunia sibi debita pro mercede, cũ in dubio intelligatur facere suo victu. Ad hoc facit quod not. C. loc. l. ij. & j. mand. l. si verò non remunerandi. §. fin. & d. l. suo victu. vbi melius probatur, quia sicut ibi facit propter remunerationem. & ita hic propter mercedem. Sed si aliquis promitteret operas causa remunerationis seruitij antè habiti: tunc est adhibẽda dicta distinctio. Aut promittens erat inops, vel non, prout dixi in liberto, vt dictis legibus, quę non habet locum solùm in liberto, sed i quolibet alio, vt. d. l. pe. de ope. liber. Non enim intelligo ibi in alio exhibente pro liberto, sed pro seipso ex vigore suæ obligationis. Pro quo facit, quia eadem est ratio. Si verò promissio operarum fieret ex mera liberalitate, nõ causa mercedis, nec causa remunerationis, tunc intelligerentur promitti sumptu eius cui debentur: vt. j. cõmo. l. in rebus. §. possunt. ¶ Quinta differentia est secundùm glo. quia in incertis, fideiussor ex sua mora teneri non potest: vtputa, cum non cedant, nisi indicantur, sed in operis certis est idem quod in qualibet pecunia credita, vt. l. si libertus moram. &. l. à duobus. infrà. de oper. libe. Ita dicit gloss. hic & in dicta lege si libertus moram. Sed ista differentia non videtur vera, vt. l. cum filius. §. primo. infrà de verborum obligatio. quod dic vt ibi plenè dixi, & in. l. si quis pro eod. in principio. infrà. de fideiusso. quæ faciunt ad multa, vt dixi in dicta. l. cum filius. §. primo. ¶ Sexta differentia est secundùm gloss. † in transmissione, circa quam not. duo generalia b secũdùm gloss. Primò, quia nulla opera transit ad hæredem hæredis, vt. l. sciendum. de verborum significatione etiam dicit Azo in summa. hoc non placet, quia operæ obsequiales transeunt ad quemlibet ex liberis etiam per infinitos gradus, vt. l. sed si hac lege. §. liberos. et secundo. suprà de in ius vo. Ad extraneos verò nullo modo transeunt, nisi vt superius dictũ est. De officialibus verò & fabribilibus, dic vt statim dicam. Sed generale est vt distinguatur, si quidem patronus stipuletur operas incertas sibi & liberis suis, transit ad liberos pro æqualibus portionibus, non pro hæreditarijs, vt lege vt iurisiurandi. §. si liberi. infrà de operis libert. ¶ Istud est primum dictum glossæ quod est notabile ad multa, & Bal. in. l. j. C. de 34 † quando aliquis recepit. in emphyteusim pro se & filijs. Certè transit ad filios, non pro hæreditarijs portionibus, nec ad eos, vt ad hæredes: sed vt ad filios, etiam si abstineant ab hæreditate paterna. dixi plenè in. d. l. vt iurisiurãdi. §. si liberi. ¶ Itẽ aduerte, † quia licet stipuletur c sibi & filijs suis copulatiuè: tamen intelligit ordine successiuo, hoc est primò sibi, secũdò filijs suis: vt. j. de oper. lib. l. opas. aliàs in. l. si qs. & hoc est notabile ad multa quæ tã gũtur i. d. l. operas. & no. p doc. i. l. liberti libertæ. C. de ope. lib. & hoc etiam explicaui in. l. gallus. §. j. de lib. & posthu. Si † verò tantùm sibi stipulatus fuerit patronus, distinguit glossa operas certas ab incertis, vt hic & plene per Azon. in summa. Tu dic, aut loqueris de operis officialibus: & transeunt ad filios, non ad extraneos: nisi secundùm quod b glossa dicit de operis incertis, per easdem leges. Si verò loquimur de fabrilibus siue artificialibus: tunc dic vt glossa dicit de operis certis, per easdem leges. De operis incertis, dic quandoq; iudicandum esse sicut de officialibus: quandoq; prout de fabrilibus, seu artificialibus: vt patet ex his quæ dicta sunt. ſ. ex quibus apparet declaratio non solùm istius glossę. sed totius tituli de operis libertorum.

d **Si decem.** d Si soluatur pars vnius, ex rebus alternatiuè debitis, an competat liberatio, vel detur repetitio, pendet ex futuro euentu. h. d. ¶ Oppon. & videtur quòd c pro parte soluta contingit liberatio: vt. l. qui hominem. j. de accept. Glos. hic, & in. l. cõtraria dat multas solutiones: neutram ponit veram. ¶ Ista est veritas, quòd ibi loquitur in acceptilatione, per quam potest tolli pars obligatiõis: hic verò in solutione partis. Ratio differentiæ est: quia si solutio partis tolleret obligationẽ. in parte: posset debitor postea soluẽdo partẽ in stichо cõsequi liberationẽ: d & sic contingeret solutionem in diuersis rebus fieri. quod est absurdum, vt. j. proximo. §. & l. in executione. §. pro parte. j. de verb. ob iga. Sed in acceptilatione non, potest contingere istud absurdũ, vt apparet euidenter. secundùm Pe. vt dixi in. l. cõtraria. e & in. l. ij. §. si cum hominem. j. de verbo. obli. ¶ Op. de. l. si stipulatus. §. j. j. de solu. Solutio. ibi erat certa ſpecies in obligatione, non alternatiuè: ideò solutione partis contingit liberatio: quia non potest deuenire ad illud absurdum, quod in alia re partem soluas. ¶ Oppo. j. de verbo. obliga. l. ij. §. j. Solut. ibi loquitur in obligatione generis: vt si debeo hominem in genere, solutione vnius partis hominis, non contingit liberatio: ne deueniatur ad illud absurdum, quòd in alio homine alia pars soluatur: vt in dicta. l. in executione. §. pro parte. ¶ Opponi. de l. penulti. C. eod. titu. Solu. fateor quòd vltimum responsum huius. l. corrigitur hodie. nã ille cuius erat electio in soluendo, habet electionem in repetẽdo. ¶ Quæro dicitur hic, eum qui soluerit esse in pendenti: e quæro, quid est dictũ in pendenti? ¶ Respõdeo, natiuitas condictionis indebiti est in pendenti, vt hic, & dicta. l. ij. §. j. j. de verborum obliga. Itẽ exercitium actionis primæ, quo ad alia quinq; solutа est in pendenti. non enim possum petere stichũ, aut quinque de summa decem, licet in illis quinq; solutis liberatio non contingat, tamen non possunt peti interim, sed illa quinq; quæ non sunt soluta, possunt peti. & textus est hic, qui videtur dicere, quòd sit in pendenti, vtrum possint peti reliqua quinq;, aut stichus diuisim intellige vtrum possint peti reliqua quinq;, vel stichus tantum? alternatiuè autem stichum, aut quinq; sine dubio petere posset. Sed in obligatione generis hoc non contingeret, quia si soluisti medietatem in vno homine, cum deberes hominem in genere, statim possum petere integrum hominem. vt in d. ta. l. si stipulatus. de solutionibus. Rationem horum & qualiter prædicta procedant, ponit glossa licet obscurè, & Dynus in lege secunda. §. primo. infrà. de verborum obliga. ibi plenè dixi.

Idem ait. In obligatione alternatiua solutione partium in diuersis rebus, liberatio non contingit; licet ad verb. signi. & hic adde Bart. in. l. ij. C. de negoti. gest. Facit quod not. Barto. in. l. venditores. ff. de verb. obligat. Alexan. ¶ Adde Alexã. in. d. l. stipulationes. & ibi an officialis teneat suis sumptibus facere cõducere farcinulas assessoris?

¶ No. duo generalia. Qualiter & quomodo opera trãseat ad hęredes vide Barto. in. l. si sic. de ver. obliga. circa fi. gl. Bar. & latè Bald. in. l. liberti. C. de oper. & ibi an etiã trãseat ad filium exhæredatum. vide ſ. eod. §. j. iiij. col. ¶ Licet stipuleť. De his omnibus vide latè Bald. in c. j. §. hic quoq;. de succ. feu. & per Ioã. de Imo. in. l. quod dicitur de verbo. obliga.

¶ Si decẽ. alleg. Bal. in no. q. in. l. j. in pe. col. i. xiij. q. C. de his quæ pœn. nomine.

¶ In pẽdenti. Et adde, quòd i obligatiõe alternatiua nõ trãsit dñiũ ãte electionem. l. si in rẽ. la. j. de rei vẽdi. & ita alleg. Bald. in. l. conuẽticulã. in iij. col. de epis. & cle. Alexan.

plures hæredes creditoris, vel promissoris pertineat obligatio. h. d. &c.

✣ *SVMMARIVM.* ✣

1 *Quasi contrahi in indebito dicitur.*
2 *Forum ratione indebiti solutũ in loco, quòd quasi contrahatur, & ubi posit repeti.*

LEX XXVI.

Viloco certo. Glo. intelligit istã. l. vno modo & Gul. alio modo secũdùm gl. breuiter hoc intendit. Sicut promissum in certo loco põt vbiq; peti: ita solutũ iudebitè certo loco, non obstante errore soluẽtis h. d. ¶ Quæro quid vult dicere tex. ibi, nõ enim æstimationẽ &c. Respondeo, quia ibi putabat se teneri in vno loco: in alijs non putabat se 2 teneri, & ideò quo ad loca alia non videbatur erratum, & ideò in alijs lo- c cis non videbatur posse repetere, sed istum errorem hæc species repetitionis non sequitur. Ita intelligit glo. quasi dicat, nõ solùm in loco in quo est erratum, potest repeti, sed vbiq; sicut ille qui certo loco promisit. vt. l. j. & ij. j. de eo quod certo loco. Gul. de cug. dicit totum econtra, & secundùm eum hæc lex breuiter hoc intendit. In loco in quo fit solutio per errorem non sortitur quis forum illius, quasi contractus ratiõe. h. d. ¶ Tu scis q ra 3 tione contractus, vel quasi contrahitur forum: vt. ſ. de iudi. l. hæres absens. Item. † in indebito dicitur quasi contrahi: a vt. j. eod. l. si in area. & dici 1 a tur celebrari re iste quasi contractus, vt insti. quib. mod. re. contra. ob. §. is quoq;. Certè si ego solui tibi per errorem in certo loco, ratione istius quasi contractus, non contrahitur forum, quia error impedit cõtractionem fori, sed poterit repeti in quolibet alio loco secundùm Gul. vide literam. Pro isto intellectu facit hæc litera, non enim æstimatione soluẽtis &c. vt l. si per errorem. ſ. de iu. om. iud. & videtur casus secundùm eum. C. vbi & 2 apud quem in integrum resti. pos. l. j. & ij. tene ergo † opi. glo. per istũ tex. qui dicit quolibet loco. & sic nõ videtur velle excludere, imo includere locum solutionis. de hoc. C. vbi de ratiocinijs agi opor. per totum. vbi con trahitur forum ex quasi contractu in quo creditoris nullus consensus interuenit: vt si ibi sint gesta negotia, administrata tutela, & similia. Nõ ob. l. si per errorem. quia ibi errabatur in iudice seu iudicio, hic in causa solutionis. Non obstat. l. ij. C. vbi & apud quem. quia licet ibi dicat, quòd debet adire iudicem domicilij, tamen non negat quin possit adiri iudex loci, vbi negotium gestum est. Vel aliter, ibi loquitur de in inte. resti., quæ nõ oritur ex negotio gesto, sed datur per officium iudicis. vt. l. quod si minor. in fi. ſ. de minori. Item loquitur de condictione ob causam, quæ oriẽ ex illo negotio gest. nec oritur tempore quo negotiũ est gestum sed oritur propter causam non secutam, sed condictio indebiti oritur statim. Prior tamen solutio melior fortè est.

LEX XXVIII.

Iudex. Tutus exceptione rei iudicatæ, soluens non repetit. hoc dicit. ¶ Opp. de. l. qui exceptionem. j. eodem. Solu. hic speciale in hac exceptione, quæ inducta est ad rigorem iuris conseruandum. quod plenè dicam in. l. Iul. j. eod. tit. & c. Bar.

✣ *SVMMARIVM.* ✣

1 *Pupillus, prodigus & furiosus, indebitè solutum repetunt, etiam ubi alius non repeteret.*
2 *Pecunia dicitur de rebus, quæ seruando non possunt seruari.*
3 *Restitutio, est in pristinum statum repositio.*
4 *Minor quando restituatur aduersus naturalem obligationem?*
5 *Compensatio naturalis debiti: quòd non admittitur contra repetentem, & num. 8.*
6 *Obligatio ex testamento perfecto oritur ciuilis & naturalis: ex imperfecto, naturalis.*
7 *Testamentum ipsum, quòd sit de iure gentium.*
9 *Medium concludendi quando minor repetit indebitum, & quando minor uel pupillus.*
10 *Pupillus, prodigus, furiosus & minor, quando repetant indebitum absq; restitutione in integrum.*
11 *Pupillus, quòd non habeat beneficium huius legis, nisi intra tempora, intra quæ posset restitui.*
12 *Condictio indebiti, quòd competit furioso & prodigo sicut pupillo.*

LEX XXIX.

